pt farine in hydria. et pau
lulū olei in lecytho. En col
ligo duo ligna: ut ingrediar
et faciā illud in et filio
meo. ut comedam⁹ et mo
riamur. Ad quā helyas a
it. Noli timere: sed vade et
fac sicut dixisti. Verūptamen
michi p mū fac de
ipsa farinula subcinera

um panē paruulū: ⁊ affer
ad me. Tibi autē ⁊ filio tuo
facies postea. Hec autē di
at dñs dō isrl. Hydria fa
rine nō deficiet: nec lecythus
olei minuet usq; in diē in
qua dabit dñs pluuiā
sup facē terre. Que abyit
et fecit iuxta uerbū helye: et
comedit ipe et ille et dom⁹
eius tota. Et ex illa die hy
dria farine nō defecit ⁊ le
cythus olei nō est imminut⁹.
Iuxta uerbū dñi: qđ locutus
ē in manu helie. Gb | Lac
ta cogitatū tuū in dnō et ipe te
enutriet. ℣ Dū clamarem ad
dnm exaudiuit uocē meā ab
his qui appropinquāt michi.
Alt. Locut⁹ Sm matheū.
est iis ad turbas: ⁊ ad discī
pulos suos dicēs. Super ca
thedrā moysi: sederūt scribe
et pharisei. Omnia ergo q̄
cumq; dixerint uobis: ser
uate et facite. Secm uero
opa eor: nolite facē. Dicūt
enim: et nō faciūt. Alligāt
enī onera ipportabilia et
grauia. et iponūt i humeros hominū: digito autē
suo nolūt ea mouē. Omnia
vō opa sua faciūt: ut uide
antur ab hoīb⁹. Dilatant
enī phylacteria sua: et mag
nificāt fimbrias. Amāt
autē pmos recubit⁹ i cenis:
et pmas cathedras i synagogis. et salutationes in fo
ro. et uocari ab hoīb⁹ rabbi.
Vos autē nolite uocari rab
bi: unus ē enī magister ur:
omes autē uos frēs estis.
Et patrē nolite uobis uo
care sup terrā: unus ē enī
pater ur qui in celis est.
Nec uocemī magistri: q̄a
magr ur unus ē xps. Q⁹
maior est urm: erit minis
ter ur. Qui autē se exalta
uerit: humiliabit. Et qui
se humiliauerit: exaltabit. offr.
Miserere michi dne secundū
magnā misericordiam tuā dele
dne miquitatē meā. Secr.
Sanctificationē tuā nobis
dne hys misteriis placat⁹
opare. que nos et a terrenis
purget uicijs. et ad celes
tia dona producat. p. Com.
Narrabo omnia mirabilia
tua letabor et exultabo in te
psallā nōi tuo altissime. Cōplh.
Ut sacris dnē .. redeam

digni muneribz. fac nos
qs tuis obedire mãdatis.
Propicia Sup plm. p.
re dñe supplicacõnibz nr̃is.
et aĩarũ nr̃ax medere lãg
uoribz. ut remissione pcep
ta. in tua semp vñdõne
letemur. p. feria quarta.
Ne derelinquas me dñe deus
meus ne discedas a me
mitte de in adiutoriũ meũ dñe
uirtus salutis mee. ps Dñe
ne in furore tuo arguas me
neq; in ira tua corripias me.
Populũ tuũ dñe Cotta.
qs picius respice: et
quos ab esas carnalibz p̃
apis abstinẽe. a noxijs q̃
uicijs cessare cõcede. p. Loõ
sol dielz ilt. Ora hb̃ iester.
uit iester ad dmñ dicens.
Dñe ds rex omps: in tua
dicione cũcta sũt posita:
et nõ est qui possit resistẽ
te uolũtati. Si decreueris
saluare nos: continuo li
berabimur. Tu enĩ comu
ne fecisti celũ et terrã: et q̃
quid celi ambitu cõtinet.
Tu es ds omniũ: et nõ ẽ
qui possit resistẽ maiesta
ti tue. ... Et nũc dñe rex
regum ds abrahã miserẽ
populo tuo: quia uolunt
nos inimici nr̃i pdere. et
hereditatẽ tuã delere. Ne des
picias partem tuã quam
redemisti tibi de egipto: hz
eraudi deprecationẽ nr̃am.
et picius esto sorti et fami
lie hereditatis tue. Et con
uerte luctũ nr̃m in gaudi
um: ut uiuentes laudemus
nomen tuũ. Et ne perdas
ora canentiũ te: dñe ds nr̃.
Saluũ fac populũ tuũ GR.
dñe et benedic hereditati tue. V.
Ad te dñe clamaui ds meus
ne sileas a me et eo similis
descendentibz in lacum. Scdm
Iuh. Ascendẽs machcum.
ius ihr̃osolimã: assumpsit
duodecim discipulos suos se
creto et ait illis. Ecce as
cendimus ihr̃osolimã: et fili⁹
hois tradetur pncipibz sa
cerdotũ et scribis. et cõdẽ
nabũt eũ morte. Et tra
dent eũ gentibz ad illudi
dum. et flagellandũ et
crucifigendũ: et tercia die
resurget. Tunc accessit
ad eũ mater filior̃ ze
bedei cũ filijs suis: adorãs

et petens aliq̃d ab eo. Qui
dixit ei. Quid uis: Ait illi.
dic ut sedeant hij duo filij
mei. vnus ad dexteram tuam.
et unus ad sinistram tuam
in regno tuo. Respondes
autē ihs: dixit. Nescitis q̃d
petatis. Potestis bibere calic
em quē ego bibitur⁹ sum:
Dicūt ei. Possum⁹. Ait illis
Calicē quidē meū bibetis:
sedē autē ad dexteram meam
et ad sinistram non ē meum
dare uobis. sed quibꝫ para
tum ē a pr̃e meo. Et audiē
tes decē: indignati sūt de du
obus fr̃ibus. Ihs autē uoca
uit eos ad se: et ait. Scitis
quia pr̃incipes gentiū dnām
tur eor: et qui maiores sūt
potestatē exercent in eos: Non
ita erit inter uos. Sed qui
cumq̃ inter uos uoluerit
maior fieri: sit uester minis
ter. Et qui uoluit in̄ uos
primus ēe: erit uester seruus.
Sicut filius hois nō uenit
ministrari sz ministrare: et
dare aiam suā. redēptionē
p multis. offr. Ad te dne
leuaui aiam meā deus meus
in te cōfido non erubescā neq̃
irrideant me inimici mei etē
nim uniuersi qui te exspectant
non confundentur. Secreta.
Hostias dne quas tibi of
ferim⁹ pr̃icius respice. et p
hec sca cōmercia uincula
pcōr nrōr absolue. P. cō.
Justus dns et iustificas dilex
it equitatē uidit uultus ei⁹.
Suptis dne sacramentis ad redēptionis
eterne qs pficiam⁹ aug
mentū. P. Sup populum.
Deus innocentie restitutor
et amator dirige ad te tuor
corda seruor. ut ips sibi ser
uore cōcepto. et in fide inue
niātur stabiles. et in opere
efficaces. P eiusdē. Ftx. v.
Deus in adiutoriū meum
intende dne ad adiuuā
dum me festina cōfundantur
et reuereātur inimici mei qui
querūt aiam meā. ps. Auertā
tur retrorsū et erubescāt qui
cogitant michi mala. Collecta.
Pacē nobis dne qs aur
iluū grē tue. ut ieiu
nijs et orōnibꝫ cōueniēter
intenti: ab hostibꝫ liberemur
mētis et corpis. P. Icō icre
Hec dicit dns mie pfse.

deus. Maledctus homo qui cōfidit in homīe: et ponit carnem brachiū suū: et a dño recedit cor ei⁹. Erit enī q̄si myrice in deserto: et nō uidebit cū uenerit bonū. sed habitabit īdeserto. in siccitate in terra salsuginis et inhabitabili. Bñdctus uir qui cōfidit in dño: et erit dñs fiducia ei⁹. Et erit quasi lignū qđ transplātatur sup aquas: qđ ad humorē mittit radices suas. et nō timebit cū uenerit estus. Et erit folium eius uiride: et in tpe siccitatis nō erit sollicitum. nec aliquādo desinit facē fructum. Prauum est cor homis et inscrutabile: quis cognoscet illud: Ego dñs scrutās corda et probans renes: qui do vnicuiq; iuxta uiā suā. et iuxta fructū adinuēcionum suarū. Dicit dñs opt.

Propicius esto dñe peccatis nostris nequādo dicant gentes ubi est deus eor. ℣ Adiuua nos deus salutaris noster et propter honorē nois tui dñe libera nos. Dirit S̄m lucā vā nostrū ihs. d. s. parabolā hanc. Homo quidā erat diues et induebatur purpura et bysso: et epulabatur cotidie splendide. Et erat quidā mendicus nōie lazarus: qui iacebat ad ianuā eius ulceribz plenus. cupiens saturari de micis que cadebant de mēsa diuitis. et nemo illi dabat. sed et canes uenientes lingebāt ulcera eius. Factū est autē ut moreret mēdicus: et portaret⁹ ab angelis in sinū abrahe. Mortuus est autē et diues: et sepultus est in inferno. Eleuans autē oculos suos cū esset in tormētis: uidit abraā a longe. et lazarū in sinu ei⁹. Et ipe clamans dixit. Pater abrahā miserere mei. et mitte lazarū ut intinguat extremū digiti sui in aqua. ut refrigeret linguā meā. quia crucior in hac flāma. Et dixit illi abrahā. Fili: recordare quia recepisti bona in vita tua: et lazarus similit̄ mala. Nunc aūt hic cōsolat̄: tu uero cruciaris. Et in hys

omnibz inter nos et uos
chaos magnū firmatū ē:
ut hij qui uolūt hinc tran
sire ad uos nō possint. ne
q̄ inde huc transmeare. Et
ait. Rogo ergo te pat: ut
mittas eū in domū p̄tis
mei. Habeo enī quinq̄
fr̄es: ut testetur illis ne et
ipi ueniāt in locū hūc tor
mentor. Et ait illi abrahā.
Habent moysen et pphetas:
audiāt illos. At ille dixit.
Non pater abrahā: sed si
quis ex mortuis ierit ad
eos. penitētiā agent. Ait
autē illi. Si moysen et p
phās nō audiūt: neq̄ si
quis ex mortuis resurrex
erit credēt. offr̄. Precatus
est moyses in conspectu dñi dei
sui et dixit p̄catus ē moyses
in conspectū dñi dei sui et dixit.
dñe quare irascēris in populo
tuo parce ire animi tui memē
to abrahā ysaac et iacob qui
bus iurasti dare terrā fluentē
lac et mel et placatus frēs ē
dñs de malignitate quā dixit
facere populo suo. Secreta.
Presenti sacrificio nōi
tuo dñe nrā ieiunia dica
ta sāctificēt. ut q̄ observan
cia nrā p̄ficiēt extrinsecus.
intus operetur effectū. P. cō.
Qui manducat carnē me
am et bibit sanguinē meū
in me manet et ego in eo dicit
dñs. cōpl. Gr̄ā tua nos
q̄s dne sp̄ dēlāt. p̄seqū nos
tuos faciat sēcutos. et tuā
nob̄ op̄ sp̄ aptat. P. Sr̄ pplin.
Adesto q̄s dne famulis
tuis. et p̄petuā benignitatē
largire posc̄ntib̄: ut hīs
qui te auctore et guberna
tore gloriātur. et congre
gata restaures. et restau
rata conserues. P. fr̄ vī.
Ego autē cum iustitia
apparebo in conspectu tu
o satiabor dum manifestabit
gl'a tua. p̄s Exaudi dne iusti
tiam meā intende deprecationē
Da q̄s omps Coll'. meā.
deus ut sacre nos pu
rificantē ieunio: sinceris
mentib̄ ad sua nātura fa
cias p̄uēire. P. l'. hū genes.
In diebz illis: Dixit ioseph
frībz suis. Audite somniū
meū quod uidi. Putabā
uos colligē manipulos in
agro: et quasi consurgē.

manipulū meū et stare. uōlīp manipli eos circūstantes adorare manipulū meum. Respondērūt fres ei? Sīquid rex nr̄ eris: aut sb̄ iacemur dicioni tue? Hec g̃ causa sōpniorū atq; simonū: inuidie q odij fomitē mīstrauit. Aliud quoq; uidit sōpniū: qd narrans frībus ait. Vidi p sōpniū: quasi solem et lunā et stellas undecim adorare me. Quod cū pr̄i suo et frībus retulisset: increpauit eum pater et dixit. Quid sibi uult hoc sōpniū quod uidisti? Sīquid ego et mat tua et fres tui adorabim? te sup terrā? Invidebāt g̃ ei fres sui: pat̄ uō rem tacitus cōsidebat. Cumq; fratres illius i pascēdis gregibus pr̄is morarēt in sychimis: dixit ad eū isrl. Fres tui pascūt oues in sychimis: ueni mittā te ad eos. Quo respōdente: pūto sī ait. Dixit ei illi. Vade et uide si cūcta pspa sint erga fres tuos et pecora: et renūcia mihi quid agat̄. Missus de ualle ebron: uenit in sychē. Inuenitq; eū uir errantē in agro: et interrogauit eū qd quereret. At ille respondit. Fres meos q̃o: indica mihi ubi pascāt greges. Dixitq; ei uir. Recesserūt de loco isto: audiui aut̄ eos dicentes eamus in dothaim. Perrexit ergo ioseph post fres suos: et inuenit eos in dothaim. Qui cū uidissent eū procul antequā accederet ad eos: cogitauerūt eū occidere. et mutuo loq̃bant. Ecce sōpniator uenit: uenite occidamus eū et mittamus eū in cisternā ueterē. dicemusq; fera pessima deuorauit eum. Et sic apparebit quid illi prosint sōpnia sua. Audiens aut̄ hoc ruben: nitebatur liberare eū de manibus eor̄ et dicebat. Non interficiamus animā eius: nec effundamus sanguinē. Sed proicite eū in cysternā hanc que ē in solitudine. manusq; vras seruate innocentes. Hoc aut̄ dicebat: uolens eripere eū de manibus eor̄: et reddere pr̄i suo. GR. Ad dñm cū

tribulatus clamaui et exaudiui me. ℣. Dñe libera aiam meam a labijs iniquis et a lingua dolosa. Alle. Dixit dñs. Sm mathm. s. et turbis iudeor parabolam hanc. Homo quidam erat paterfamilias qui plantauit uineam et sepem circumdedit ei. et fodit in ea torcular. et edificauit turrim. et locauit eam agricolis: et peregre profectus est. Cum autem tempus fructuum appropiquasset: misit seruos suos ad agricolas. ut acciperent fructus ei⁹. Et agricole apprehensis seruis eius: alium ceciderunt alium occiderunt. alium vero lapidauerunt. Iterum autem misit alios seruos plures prioribus: et fecerunt illis similiter. Nouissime autem: misit ad eos filium suum dicens. Verebuntur filium meum. Agricole autem uidentes filium: dixerunt intra se. Hic est heres: uenite occidamus eum et habebimus hereditatem eius. Et apprehensum eum: eiecerunt extra uineam et occiderunt. Cum ergo uenerit dñs uinee. quid faciet agricolis illis? Aiunt illi. malos male perdet: et uineam suam locabit alijs agricolis. qui reddant ei fructum temporibus suis. Dicit illis ihs. Nunquam legistis in scripturis lapidem quem reprobauerunt edificantes hic factus est in caput anguli. a dño factum est istud. et est mirabile in oculis nris? Ideo dico uobis: quia auferetur a uobis regnum dei. et dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit super lapidem istum: confringetur. Super quem vero ceciderit: conteret eum. Et cum audissent principes sacerdotum et pharisei parabolas eius: cognouerunt quod de ipsis dicebat. Et querentes eum tenere timuerunt turbas: quia sicut prophetam eum habebant.

Domine in auxilium meum **offi.** respice confundantur et reuerentur qui querunt aiam meam ut auferant eam. **Secreta.** Hec in nobis sacrificia dñe et actione permaneant. et operatione firmentur. P. **pfacio.** Qui corporali. **cō.** Tu dñe seruabis nos et custodies nos a generatione hac in eternum. **Cōplē.** Hac nos quesumus dñe accepto

pignore ad uiã salutis eter-
ne sic intendẽ cõgruenter.
ut ad eã puenire possimꝰ.p.
Da qs dñe pplõ Sup pplm.
tuo salutẽ mẽtis et corpis:
ut bonis opibꝫ mĩserendo.
tue semp uirtutis mĩcamur
protectione defendi.p. Sabbo.
Lex domini irreprehensibi-
lis cõuertens aiãs testi-
monii dei fidele sapientiã pꝛ-
stans paruulis. ps Celi enarrãt
gl'am dei et opa manuũ eius
annũciat firmamẽtũ. Collã.
Da qs dñe mẽs effectũ
ieiunijs salutarẽ: ut
castigacio carnis assũpta
ad nrãꝫ uegetacionẽ tran-
seat aiarũ.p. lcõ lib genesis.
In diebꝫ illis. Dixit rebecca
filio suo iacob. Audiui pa-
trem tuũ loquentẽ cũ esau
frẽ tuo: et dicentẽ ei. Affer
michi de uenacõe tua. et
fac cibos ut comedã: et bẽ-
dicã tibi cor̃ dño antequã
moriar. Nunc ergo fili mi
acquiesce cõsilijs meis: et p-
gens ad gregẽ affer michi
duos hedos optimos ut
faciã ex eis cibas pr̃i tuo.
quibꝫ libẽter uescatur. Qs
cum intulis et comederit:
benedicat tibi pr̃us quam
moriat̃. Cui ille respondit.
Noui qd esau frater mꝰ
homo pilosus sit et ego
lenis: Si attractauerit me
pater meus et senserit: time-
o ne putet me sibi uoluꝰ
se illudẽ. et inducat super
me maledictionẽ p bñdic
cione. Ad quẽ mater. In
me sit ait ista maledictio
fili mi: tantũ audi uocem
meã. et pgens affer q̃ dixi.
Abijt et attulit: deditq; ma-
tri. Parauit illa cibos sicut
nouerat uelle pr̃em illius:
et uestibꝫ esau ualde bonis
quas apud se habebat do-
mi induit illũ. Pelliculas
q; hedoꝝ circũdedit manib;
et colli nuda pr̃exit. Deditq;
q; pulmentũ: et panes qs
coxerat tradidit. Quibus
illatis: dixit. Pater mi. At
ille respõdit. Audio. Quis
es tu fili mi? Dixitq; ei ia-
cob. Ego sũ esau pmogẽ-
tus filius tuus: fec sicut p
cepisti michi. Surge sede
et comede de uenacione me
a: ut bẽdicat mi aiã tua.

Rursūq; ysaac ad filiū suū. Quomō inquit tam cito inuenire potuisti fili mi? Qui respondit. Voluntas dei fuit: ut cito occurrēret michi quod uolebā. Dixitq; ysaac. Accede huc ut tāgam te fili mi: ut probem utrū tu sis filius meus esau an non. Accessit ille ad patrē et palpato eo: dixit ysaac. Vox quidē uox iacob ē: sed manus manus ē esau. Et nō cognouit eū: quia pilosæ manus similitudinē maioris expressерant. Benedicēs ergo illi ait. Tu es filius mūs esau? Respondit. Ego sū. At ille. Affer mihi inquit cibos de uenatiōne tua fili mi: ut benedicat tibi aīa mea. Quos cū oblatos comedisset: obtulit ei etiā uinū. Quo hausto: dixit ad eū. Accede ad me: et da michi osculū fili mi. Accessit: et osculatus est eū. Statim ut sensit uestimētorū eius fragrantiā: benedicens ait illi. Ecce odor filij mei sicut odor agripleni: cui benedixit dūs. Det tibi deus de rore cēli. et de pinguedine terre habundantiā frumēti. et uini et olei: et seruiāt tibi pōli. et adorēt te tribus. Esto dūs fratrum tuorū: et incuruentur ante te filij matris tue. Qui maledixerit tibi sit ille maledictus: et qui benedixerit tibi benedictionibus repleatur. Vix ysaac sermonē impleuerat: et egresso iacob foras uenit esau. coctosq; de uenatiōne cibos intulit patri dicens. Surge pater mi: et comede de uenatione filij tui. ut benedicat michi aīa tua. Dixitq; illi ysaac. Quis ēū es tu? Qui respondit. Ego sū filius tuus primogenitus esau. Expauit ysaac stupore uehemēti: et ultra quā credi potest āmirans ait. Quis igitur ille est qui dudū captā uenationē attulit michi. et comedi ex omnibus priusquā tu uenires? Benedixiq; ei: et erit benedictus. Audiens esau sermonibus patris: irrugijt clamore magno et cōsternatus ait. Benedic etiā et michi pater mi. Qui ait. Venit germanus tuus fraudulēter: et accepit benedictionē tuā. At ille subiunxit. Iuste uo-

cauī est nomē eius iacob: sup
plantauit eū me en altera
uice. Primo genita mea an
te tulit: et nūc sēcō subripu
it bñdictionē meā. Rursūq;
ad prem. Nūquid nō reser
uasti ait et michi benedcōnē?
Respondit ysaac. Dnm tuū
illū constitui: et oēs frēs
eius seruituti illi subiugā
ui. Frumēto et uino z oleo
stabiliui eū: et tibi post hec
fili mi ultra quid faciam?
Cui esau ait. Nūquid unā
tantū inquit bñdictionē ha
bes pr? Michi quoq obsecro:
ut bñdicas. Cumq; eulatu
magno fleret: motus ysa
ac dixit ad eū. In pīguedi
ne terre et in rore celi desu
per: erit benedictio tua. ℟.
Bonū est confiteri dnō z psal
lere nomini tuo altissime. ℣ Ad
anūciandū mane misdiam
tuā et ueritatē tuā p noctem.
Sīlit. Dixit. i. d. s. Sm lucam.
parabolā hanc. Homo quidā
habuit duos filios: et dixit
adolescētior ex illis patri.
Pater. da mi portionē sub
stantie: que me cōtingit.
Et diuisit illis substantiam:
et nō post multos dies con
gregatis omnibz adolesc̄
cior filius pegre profectus i
m regionē longinquā. et
ibi dissipauit substātiā su
am uiuendo luxuriose. Et
postquā oīa cōsūpsisset:
fcā est fames ualida i regi
one illa. et ipe cepit egere.
Et abijt et adhesit uni ciui
um regionis illius: et mi
sit illū in uillā suā ut pa
ceret porcos. Et cupiebat
uentrē suū implere de si
quis quas porci māducabāt:
et nemo illi dabat. In se
autē reuersus dixit. Quan
ti mercēnarij in domo pris
mei habūdant panibz? Ego
autē hic fame pco? Surr
gam et ibo ad prem meum:
et dicā illi. Pater. peccaui i
celū et coram te: iam non
sum dignus uocari filius tu
us. fac me sicut unū ex mer
cēnarijs tuis. Et surgens
uenit ad prem suū. Cū au
tem adhuc longe eēt: uidit
illū pater suus. et misdiā
motus ē. Et occurrēs cecidit
sup collū eius: et osculatus
est eū. Dixitq; filius. Pater.

peccaui in celū et cor̄a te. iā
non sū dignus uocari filius
tuus. Dixit aut̄ pater ad s̄uos
suos. Cito p̄ferte stolam
primā et induite illū: et date
anulū in manu ei⁹ et calcea
menta i pedes. Et adducite
uitulū saginatū et occidite:
et manducemus et epulem̄:
quia hic filius meus mortu
us fuerat. et reuixit. perierat
et inuētus ē. Et ceperūt epu
lari. Erat aut̄ filius ei⁹ senio
r̄ in agro. Et cū ueniret et
appropinquaret domui: au
diuit symphoniā. et chorum.
Et uocauit unū de seruis: et
interrogauit que nā hec es
sent. Qui dixit illi. Frater
tuus uenit: et occidit p̄r tuus
uitulū saginatū. quia saluū
illū recepit. Indignatus est
aut̄: et nolebat introire. Pa
ter ergo illi⁹ egressus: cepit
rogare eū. At ille respondēs:
dixit patri suo. Ecce tot an
nis seruio tibi: et nūquam
mandatū tuū p̄terui. et nū
quā dedisti mihi hedū. ut cum
amicis meis epularer. Sed
postquā filius tuus hic qui
deuorauit substanciā suam
cū meretricibz uenit: occidis
ti illi uitulū saginatū. At ip
se dixit illi. Fili tu semp me
cum es: et omnia mea tua sūt.
Epulari aut̄ et gaudere o
portebat: quia frater tuus hic
mortuus fuerat et reuixit.
Perierat: et inuētus ē. offr̄.
Illumina oculos meos neq̄s
obdormiā in morte neq̄ dicat
inimicus meus p̄ualui aduersus
Hijs sacrificijs Secr̄. eī
dñe concede placatus. ut qui
p̄teritis oram⁹ absolui delicto
nō grauem̄ eternus. P. cō.
Oportet te fili gaudere quia
frater tuus mortuus fuerat et
reuixit perierat et inuētus est.
Sacrament̄ tui dñe Cōplh.
diuina uocacio penetralia
mētis cordis īfundat: et sui p
ticipes potēter efficiat. P.
Familiā tuā Sup plīm.
dñe qs. cōtinua pietate cus
todi: ut que in sola spe gr̄e
celestis nititur celesti cor̄
rectione muniamur. P.
Oculi mei dñica [illegible] uj.
Semp ad dñm quia ipse
euellet de laqueo pedes meos
respice in me et miserē mei quī
unicus et pau⁹ sum ego. ps.

Ad te dñe leuaui aiam meã ds meus in te cõfido nõ erubescã. Coll.
Quesumꝰ omps ds uota humiliũ respice. atq; ad defensionẽ nrãm dextrã tue maiestatis extende. Q. ad
Ebes: Estote imitatores dei: sicut filij karissimi. Et ambulate in dilectione: sicut et xps dilexit nos. Et tradidit semetipm p nobis: oblationẽ et hostiam deo in odorẽ suauitatis. Fornicatio autẽ et omnis immũdicia aut auaricia. nec nominetur in uobis: sicut decet sanctos. Aut turpitudo. aut stultiloquiũ. aut scurrilitas. que ad rem nõ pertinet: sed magis gratiarũ actio. Hoc autem scitote intelligentes: qđ omnis fornicator. aut immũdus aut auarꝰ qđ est ydolorum seruitꝰ. nõ habet hereditatẽ in regno xpi et dei. Ne mo uos seducat inanibus uerbis. Propter hec enim: uenit ira dei in filios diffidencie. Nolite ergo effici participes eorũ. Eratis enim aliqñ tenebre: nunc autẽ lux in dño. ut filij lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate et iusticia: et ueritate. Grad.
Exurge dñe non prevaleat homo iudicetur gentes in conspectu tuo. ℣ In conuertendo inimicum meum retrorsum infirmabũtur et perient a facie tua. Tract.
Ad te leuaui oculos meos qui habitas in celis. ℣ Ecce sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum. ℣ Et sicut oculi ancille in manibus dñe sue. ℣ Ita oculi nri ad dñm deũ nrm donec misereatur nri. ℣ Miserẽ nobis dñe miserere nobis. Sedm lucã.
Illo tẽpore. Erat ihs eiciens demoniũ: et illud erat mutum. Et cũ eiecisset demoniũ: locutus est mutus. et admirate sunt turbe. Quidã autem ex eis dixerũt. In beelzebub principe demoniorũ: eiicit demonia. Et alij tẽptantes: signũ de celo quærebãt ab eo. Ipe autem ut uidit cogitationes eorũ: dixit eis. Omne regnũ in seipm diuisum desolabitur: et domꝰ supra domũ cadet. Si autem et sathanas in seipm diuisus est: quomodo stabit regnum eius: q̃a dicitis

in beelzebub eicere me demonia. Si autē ego in beelzebub eicio demonia: filij uri in quo eiciūt? Ideo ipi iudices uri erunt. Porro. si in digito dei eicio demonia: profecto puenit in uos regnū dei. Cum fortis armat custodit atriū suū: in pace sūt omnia que possidet. Si autem fortior illo supueniēs uicerit eū: uniūsa arma eius auferet in quibz confidebat. et spolia eius distribuet. Qui nō est mecū: aduersū me ē. Et qui nō colligit mecū: dispgit. Cū autem immūdus spūs ēcierit ab hoīe: ambulat p loca inaquosa. querēs requiem et nō inuenies dicit. Reuertar in domū meā: unde exiui. Et cū uenerit: inuenit uacantē scopis mūdatam et ornatā. Et tūc uadit et assumit septē alios spūs nequiores se: et ingressi habitāt ibi. Et sūt nouissima hōis illius: peiora priorib. Factū est autē cum hec diceret: extollens uocē quedā mulier de turba dixit illi. Beatus uēter qui te portauit: et ubera q̄ suxisti. At ille dixit. Quinimmo. beati qui audiūt uerbū dei: et custodiunt illud. Offe.

Iustitiae dñi recte letificantes corda et dulciora super mel et fauū nam et seruus tuus custodiet ea. Secrē. Hec hostia dñe qs emūdet nrā delicta. et ad sacrificiū celebnā dñi subdicos tibi corpora mentesq̄ sanctificet. P. cō.

Paller inuenit sibi domum et turtur nidū ubi reponat pullos suos altaria tua dñe uirtutum rex meus et deus meus bti qui habitāt in domo tua in seculū seculi laudabunt te. Communio. Auctis nos dñe cōpl: ratibz et piculis ppciatus absolue: quos tāti muneris tribuis ēe ptcipes. P. fer. iij.

Si deo laudabo uerbū in dnō laudabo sermonē in deo spaui non timebo quid faciat mihi homo. ps. Miserē mei dns qm conculcauit me homo tota die impugnās tribulauit me. Oroibz nris qs Coll: dñe spūm scm benignū infunde: ut sicut ab eis

corpalitz abstinem⁹ ita sen
sus quoq; nōs a noxijs re
trahyam⁹ excellitz. ℣ eiusd.
In diebz illis: ℔ lōn libu regū.
Naaman princeps milicie
regis syrie erat uir magn⁹
coram dño suo et honorat⁹.
Per illū enī dedit dñs salu
tem syrie. Erat autē uir
fortis et diues: sed lepsus.
Porro de syria egressi fue
rant latrūculi. et captiuā
duxerūt de terra isrl puel
lam paulā que erat ī ob
sequio uxoris naaman.
Que ait ad dnām suam.
Vtinā fuisset dñs meus ad
pphām qui ē in samaria:
protinus curasset eū a lepra
qua habet. Ingressus ita
q; est naaman ad dnm
suū: et nūciauit ei dicens.
Sic et sic locuta ē puella
de terra isrl. Dixitq; ei rex
syrie. Vade: et mittā lras
ad regē isrl. Qui cū pfect⁹
esset. et tulisset secū decē ta
lenta argenti. et sex milia
aureos. et decē mutatoria
uestimentoz: detulit lras
ad regē isrl in hec uerba.
Cum acceperis epl'am hanc.
scito qđ miserim ad te naa
man seruū meū. ut curas
eū a lepra sua. Cūq; legisset
rex isrl lras: scidit uestimē
ta sua et ait. Numquid ego
dūs sum ut occidē possim et
uiuificare. quia iste misit
ad me ut curē hominē a lep
ra sua? Animaduertite et ui
dete: quod occasiones quer
atur aduersū me. Quod cū au
disset heliseus uir dei scidi
se uidelicet regē isrl uestimē
ta sua: misit ad eū helisei
nūciū dicens. Cur scidisti
uestimēta tua? Veniat ad
me: et sciat pphām ē in is
rahel. Venit ergo naamā
cū curribz et equis: et stetit
ad ostiū dom⁹ helisei. Mi
sitq; ad eū heliseus nūciū
dicens. Vade et lauare sep
ties īordane: et recipiet sa
nitatē caro tua atq; mun
dabis. Iratusq; naaman
recedebat dicens. Putabā
quod egredēret ad me. et
stans inuocaret nomē dei
dñi sui: et tangēt manu
sua locū lepre. et curaret
me. Numquid nō meliores
sunt abana et farfar flumi

damasci omnibus aquis is
rahel. nc lauer in eis & mū
der. Cum ergo auertisset
se et abiret indignās: ac
cesserūt ad eū seruī siū. et
locuti sūt ei. Pater: si
rem grandē dixisset tibi p
pheta: certe facē debueras.
Quāto magis quia nūc
dixit tibi lauare et mūda
beris: Descendit igitur et
lauit in iordane septies
iuxta sermonē uiri dei: et
restituta ē caro eius sicut
caro pueri paruuli. et mun
datus ē a lepra. Reuersusq
ad uirū dei cū uniuerso comi
tatu suo: uenit et stetit co
ram eo et ait. Vere scio qđ
nō sit deus alius in uniu
sa tra: nisi tantū in̄s in
isrl. ℣. Deus ultor meam
mī caui tibi posui lacrimas
meas in conspectū tuo. ℣. Miserere
re mihi dñe qm̄ conculca
uit me homo tota die bellās
tribulauit me. Scd̄m lucā.
Cū. Dixerūt pharisei ad
ihm̄. Quāta audiuimus
facta in capharnaū: fac et
hic in pātria tua. Ait autē
illis. Amen dico uobis: qa
nemo ppheta acceptus ē in
patria sua. In ueritate di
co uobis: multe uidue erāt
in diebz helie in isrl. quādo
clausū est celū annis tribz
et mensibz sex. cū fta esset
fames magna in omni
terra: et ad nullā illarum
missus ē helias nisi in sa
repta sydonie ad mulierē
uiduā. Et multi lepsi erāt
in isrl sub heliseo pphēta:
et nemo eoz mūdatus ē.
nisi naaman syrus. Et re
pleti sūt oēs in synagoga
ira: hec audientes. Et sur
rexerūt et eiecerūt eū extra
ciuitatē. et duxerūt illum
usq ad supciliū montis:
sup quē ciuitas illoz erat
edificata ut precipitarēt eū.
Ipse aut̄ transiens: p me
diū illoz ibat. Off. Exau
di deus oratiōnē meā et ne
despexeris deprecationē meam
intende in me et exaudi me.
Munus qđ tibi dñe Sec̄.
nūc seruitutis offerim⁹. tu
tuū saluare nobis place
sacramentū. P. cō. Quis
dabit ex syon saluare isrl cū
auerterit dñs captiuitatem

plebis sue exaltabit iacob ⁊ le
tabitur isti. Cōpl. Pra qs
omps et misericors ds. ut
que ore contingim⁹ pura
mente capiam⁹ p. Sē pplm.
Subueniat nobis dne
mia tua: ut ab imminētib⁹
pcōr nr⁹ piculis. et me
amicr protegēte saluari. p.
Ego clamaui qm exa. usq.
exaudisti me deus medi
na aurē tuam et exaudi uerba
mea custodi me dne ut pupil
lam oculi sub umbra alarū
prege me. ps Exaudi domine
iusticiā meā mitte dep̄cacōem
Exaudi nos Coltta mea
omps et misericors ds:
et cōtinenter salutaris pti
cans nobis dona cōcede. p.
In diebz illis. Ioā luxi regū.
mulier quedā clamauit ad
yeliseū pphām dicēs. Seruꝰ
tuus uir meus mortuus ē:
et tu nosti quia seruus tu
us fuit timens deū. Et ecce
creditor uenit: ut tollat du
os filios meos ad seruien
dū sibi. Cui dixit yeliseus.
Quid uis ut faciā tibi? dic
mihi quid habes in domo tu
a? At illa respōdit. Nō ha
beo ancilla tua quicquā in
domo mea: nisi parū olei
quo ungar. Cui ait. Vade
et pete mutuo ab omnib⁹
uicinis tuis uasa uacua
nō pauca: et ingredere et
claude ostiū cum intrinse
cus filiis tu et filij tui. et
mitte inde in oia uasa hec.
et cū plena fuerint tolles.
Iuit itaq; mulier: et clausit
ostiū sup se et sup filios su
os. Illi offerebant uasa: et
illa infundebat. Cumq; ple
na fuissēt uasa: dixit ad fi
lium suū. Affer mihi adhuc
uas. Et ille respōdit. Non
habeo. Stetitq; oleū. Venit
autē illa: et indicauit hoīa
ni dei. Et ille. uade inquit
et uēde oleū: et redde credi
tori tuo. Tu autē et filij tui
uiuite de reliquo. Gr. Ad
oculus meis mūda me dne et
ab alienis parce seruo tuo. ℣.
Si mei nō fuerint dnāti tūc
immaculatus ero et emūdabor
a delicto maximo. S. matthm
Illi. Respiciēs ihs in discī
pulos suos: dixit sym one
petro. Si peccauerit in te fra
ter tuus: uade et corripe eū

ecripi-te li
berante

mare et ep̃m solū. Si te au-
dierit: eris lucrat⁹ fratrē tuū.
Si aut̄ te non audierit: ad-
hibe tecū ad huc vnū uel duos. ut in ore duor̄ uel triū
testiū stet oīe verbū. Quod si nō audierit eos:
dic eccl̄ie. Si aut̄ eccl̄iam
nō audierit: sit tibi sicut
ethnicus et publican⁹. Amē
dico vobis: quecūq; alligaueritis sup terrā: erunt liga
ta et in celo. Iterū dico vobis:
q̄a si duo ex vobis cōsenserint sup terrā de omni re
quācūq; petierint: fiet illis
a p̄re meo qui in celis ē. Vbi
enim duo uel tres cōgregati sūt in noīe meo: ibi sum
in medio eor̄. Tunc accedēs
ad eū petrus dixit. Dñe:
quociens peccabit in me frāter meus. et dimittā ei. Vsq;
septies? Dicit ei ih̄s. Non
dico tibi usq; septies: sed
usq; septuagies septies.

Dextera dñi fecit virtutē. Dextera dñi exaltauit me. Non
moriar sed viuā et narrabo opa dñi.

Per hec veniat q̄s. Sacrē-
dñe sacramēta nre redēpcionis effectus. qui nos et ab

humanis retrahat semp et
celestib⁹. et ad salutaria cūcta
p̄ducat. P. cō. Dñe quis
habitabit in tabernaculo tuo
aut quis requiescet in monte
scō tuo qui ingredit̄ sine macula
et operatur iusticiā. Cōplenda.

Sacris q̄s dñe misteriis
expiati: ut veniā cōsequam̄
et grām. P dō. Supplin.

Tua nos dñe p̄tecōe de-
fende: et ab oīm semp mi-
tate custodi. P. Fer. iiij.

Ego aut̄ in dño speraui et
exultabo et letabor in tua mi-
sericordia quia respexisti humi-
litatē meā. ps. Ne
dñe speran
nō confundar in eternū in iu-
stitia tua libera me. Collecta.

Prā nobis q̄s dñe. ut sa-
lutaribz ieiunijs eru-
diti. a noxijs quoq; vicijs
abstinētes. p̄piciacionē tu-
am facilius ip̄etrem⁹. P dō.

Hec dicit dñs. Exi et egredi-
deus. Honora p̄rem
tuū et matrē tuā: ut sis lō-
geuus sup terrā. quā dñs
deus tuus dabit tibi. Non
occides: nō mechabis. nō fur-
tum facies. nō loqueris cō-
tra p̄ximū tuū falsū testi-

et quecunq; solueris
sup terram erunt soluta
et in celis

monitū. Non cōcupisces rem
proximi tui: nec desiderabis uxo
rem eius. Non seruū: nō an
cillā. non bouē nō asinum.
nec omnia que illius sunt. Cūq
tus aūt populus uidebat uo
ces et lampades. et montē fumantē:
et pterriti ac pauore cōcus
si. steterūt. paul dicētes mo
ysi. Loquere tu nobis: et au
diemus. Non loquat nobis dns: ne forte moriamur.
Et ait moyses ad pplm. No
lite timere. Ut enī probaret
uos uenit ds: et ut terror
illius eēt in uobis. et nō pec
caretis. Steteruntq pplūs de lō
ge. Moyses aūt accessit
ad caliginē: in qua erat
ds. Dixitq ptēa dns ad
moysen. Hec dices filijs
isrl. Vos audistis qđ de ce
lo locutus sū uobis. Non
facietis deos argēteos: nec
deos aureos facietis uobis.
Altare de terra facietis mi:
et offerētis sup eo holocausta
et pacifica uīa. Oues uel
uitulos et boues: in oī loco
i quo memoria fuerit nois
mei. Gr. Miserere michi do
mine qm infirmus sū sana me
dne. V. Conturbata sūt omnia
ossa mea et aīa mea turbata
est ualde. Ac Im madjm
cesserūt ad ihm ab ihlm
mis scribe et pharisei dicen
tes. Quare discipli tui trās
grediūtur traditiōes seniō
Non enī lauāt manus suas.
cū panē manducāt. Ipse
aūt respondēs: ait illis. Quare
et uos trīsgradimini mā
datū dei ppter traditiōē
uram. Nam ds dixit. Ho
nora patrē et matrē. Et qui
maledixerit patri uel matri:
morte moriatur. Vos aūt
dicatis: quicūq dixerit pri
uel matri mūs quodcūq
est ex me tibi pderit. et nō
honorificauit patrē suū
aut matrē suā: et irritum
fecistis mādatū dei. ppter tra
ditiōē uram. Ypocrite: be
ne ppliauit de uobis ysa
as dicēs. Popul hic labi
is me honorat: cor autem
eor longe ē a me. Sine cau
sa aūt colūt me: docēs
doctrinas et mādata homi
nū. Et cōuocatis ad se tur
bis: dixit eis. Audite et in

cellgite. Non qđ intrat in os coinquinat hoiem: sed quod pcedit ex ore hoc coinquinat hoiem. Tūc accessēres discipli eius: dixerūt ei. Vis: quia pharisei audito hoc vbo scandalizati sūt. At ille respondens ait. Omnis plātacio quā nō plātauit pr meus celestis: eradicabitur. Sinite illos: ceci sunt duces ceco. Cecus autē si ceco ducatū pstet: ambo in foueā cadūt. Respondēs autē petrus: dixit ei. Edissere nobis parabolā istā. At ille dixit. Adhuc et uos sine intellectu estis? Non intelligitis qa oīe qđ in os intrat in uentrē uadit. et in secessū emittit? Que autē pcedūt de ore de corde exeūt: et ea coinquināt hoiem. De corde enī exeūt cogitationes male: homicidia. adultia. fornicacōes. furta falsa testimonia. blasphemie. Hec sūt que coinquinant hoiem. Non lotis autē manibz māducare: nō coinquinat hoiem. Offa.

Dne fac meam maledictam tuam pter nomen tuū quia suauis ē misericordia tua. Secreta.

Suscipe dne qs pces pplī tui cū oblacionibz hostiarū: et tua mīcia celebrantes. ab oībz nos defende piculis. p.

Notas mihi fecisti vias vite adimplebis me letitia cū vultu tuo domine. Cōplenda.

Sanctificet nos qs dne qui pasti sum⁹ mensa celestis: et a cūctis erroribz expiatos supnis pmissionibus reddat acceptos. p. Sup

Concede qs omps ptm. deus. ut qui pcessionis tue gram querim⁹ lubēti animo deuotione sectemur. p. Feria. v.

Salus populi ego sū dicit dns de qua cūq tribulacione clamauerūt ad me exaudiā eos et ero illor⁹ dns in petuū. ps Attendite pple mis legem meā inclinate aurē uestram in vba oris mei. Collecta.

Deus qs dne rex etne cūctor⁹. ut sacro nos purificante ieunio: sinceris quoq; mētibz ad tua scā ūcatura facias pruenire. p dnm. Lō ijemic. pple.

In diebz illis. Factū est uer
bū dñi ad me dicēs. Sta
in porta dom⁹ dñi: et pdi
ca ibi uerbū istud et dic. Au
dite uerbū dñi oēs iu
da: qui ingredimini p por
tas istas ut adoretis dñm.
Hec dicit dñs exercituū
deus isrl. Bonas facite
uias uras. et studia ura:
et habitabo uobiscū in lo
co isto. Nolite cōfidere in u
bis mēdacij dicētes: tem
plū dñi templū dñi. tē
plum dñi est. Qm si bene
direxeritis uias uras et stu
dia ura et fecerit⁹ iudiciū
inter uirū et pximū eius.
aduenā et pupillo et ui
duę nō fecerit⁹ calūpniā.
nec sanguinē innocentē
effuderitis in loco hoc. et
post deos alienos nō am
bulaueritis in malū uobis
metipsis: habitabo uobiscū
in loco isto. in tra quam
dedi patrib⁹ uris. a seculo
et usq; in seculum. GR.
Oculi omniū in te sperant
dñe et tu das illis escā in tpe
oportuno. V. Aperis tu manum
tuā et imples omē animal bñ
dōne.

In illo tpe. Surgēs Sedm lucā
ihs de synagoga: introuit
in domū symonis. Socrus
aut̄ symonis: tenebat ur
magnis febribz. Et rogā
uerunt illū p ea. Et stās
sup illā imperauit febri: et
dimisit eam. Et cōtinuo
surgens: ministrabat illis.
Cū sol aut̄ occidisset: oēs
qui habebant infirmos va
riis languoribz ducebant
illos ad eū. At ille singu
lis manib⁹ ipōnens: cura
bat eos. Exibāt aut̄ de
monia a multis clamā
tia et dicentia: qa tu es fi
lius dei. Et increpās non
sinebat ea loqui: qa sci
bant ipm̄ esse xpm̄. Facta
aut̄ die: egressus ibat in
desertū locū. Et turbe re
quirebāt eū. et uenerūt
usq; ad ipm̄: et detinebāt
illum ne discederet ab eis.
Quibz ille ait. Quia et
aliis ciuitatibz oportet
me euāgelizare regnū
dei. quia ideo missus sū.
Et erat prdicans: in synago
gis eor. offr. Si ambu
lauero in medio tribulacōnis

uuificabis me dñe et super
ram munitor meor ertēdes
manū tuā et saluū me fiat
ercera tua. Secr. Mune
ra nos dñe qs oblata pu
rificent. et mentibz nīis
lupne gr̄ dent uigorē. p.
Tu mandasti mādata cō
tua custodiri nimis utinam
dirigāt uie mee ad custodi
endas iustificacōes tuas. cō
Sacramēti tui dñe plñ.
uenerāda pcepcio. et mis
tico nos munder effectu:
et petua ptectione defēdat.
Subiecti Sup pplin. p.
ubi pplin qs dñe ppiacō
celestis amplificet: et tuis
semp faciat miserere mā
Hac meā fer. vi. date p.
dñe signū in bono ut ui
deant qui me oderūt et cōfun
dantur qm tu dñe adiuuisti
me et cōsolatus es me. ps Iu
dica dñe nocē tuā et exaudi
me qm mops et paup sū ego.
Leunia mā qs dñe Cotta
lemigno fauore plequere:
ut sicut ab alimētis i cor
pore. ita a uitijs iejunem
m mente. p. Ad lub. numeri.
Dolebz ilr. Conuenerunt
filij isr̄ ad moysen et aarō:
et uersi in seditionē dixer̄.
Date nobis aquā ut bibā
mus. Ingressusq; moyses
et aaron. dimissa multi
tudine añ tabernaculum
federis dñi corruerūt pro
ni in terrā. clamauerunt q;
ad dñm atq; dixerūt. Do
mine ds exaudi clamorē
ppli tui: et aperi eis thesau
rum tuū fontē aque uiue.
ut saciati cesset murmura
cio eor. Et apparuit gl̄ia
dñi sup eos. Locut̄q; ē dñs
ad moysen dicēs. Tolle uir
gā et cōgrega plin. tu et
aaron frater tuus. et lo
quimī ad petrā cor̄ eis.
et illa dabit aquas. Cūq;
eduxeritis aquā de petra:
bibet oīs multitudo et iu
mēta eor. Tulit g̃ moyses
uirgā que erat in cōspcū
dñi sicut pcepat ei dñs cō
gregata oī multitudīe
ante petrā: dixitq; eis. Au
dite rebelles et maredul.
slum de petra hac uobis a
quā potīm⁹ exīet. Cūq; el
euasset moyses manū pa
cens uirga bis silicē: egres

se sūt aque largissime. ita
ut ppls biberet et iumenta.
Dixitq; dñs ad moysen
et aaron. Quia nō credi
distis in. ut sanctificaretis
me coram filijs isrl. nō in
troducetis vos ppls in
terrā quā dabo eis. Hec
est aqua cōtradictōnis ubi
iurgati sūt filij isrl con
tra dñm: et sanctificatus ē in
eis. ℟. In deo speauit cor
meū adiutus sū et refloruit
caro mea et ex voluntate mea
confitebor illi. ℣. Ad te dñe cla
maui deus mūs ne sileas ne
discedas a me. Sm iohem.
Iesus. Venit ihs in ciuita
tem samarie que dicitur
sichar: iuxta ꝓdiū quod
dedit iacob ioseph filio su
o. Erat autē ibi fons ia
cob. Ihs ḡ fatigatus ex
itinē: sedebat sic sup fō
tem. Hora autē erat q̄si
sexta. Venit mulier de sa
maria: haurire aquam.
Dixit ei ihs. Da mihi
bibē. Discipli enī ei⁹ abi
erāt in ciuitatē: ut cibos
emerēt. Dicit ḡ ei mulier
illa samaritana. Quo
modo tu iudeus cū bis a
me bibē poscis q̄ sū mu
lier samaritana? Nō enī
coutūtur iudei samarita
nis. Respōdit ihs: et dixit
ei. Si scires donū dei. et qs
est qui dicit tibi da mihi bi
bere: tu forsitan petisses
ab eo. et dedisset tibi aquā
uiuā. Dicit ei mulier. Dñe
neq; in quo haurias habes:
et puteus alt⁹ est. Unde ḡ
habes aquā uiuā? Nūq̄d
tu maior es pē nr̄o iacob
qui dedit nobis puteum
et ipē ex eo bibit. et filij ei
et pecora ei⁹? Respōdit ihs:
et dixit ei. Oīs qui bibit
ex hac aqua: sitiet iterum.
Qui autē bibit ex aqua
quā ego dabo ei: nō sitiet
in eternū. Sed aqua quā
ego dabo ei: fiet in eo fons
aque salientis in uitā eternā.
Dicit ad eū mulier. Dñe
da mihi hanc aquā: ut non
sitiā neq; ueniā huc hau
rire. Dicit ei ihs. Vade
uoca uirū tuū: et ueni
huc. Respōdit mulier et
dixit. Non habeo uirum.
Dicit ei ihs. Bene dixisti:

quia nō habeo uirū. Quin/
q̄ enī uiros habuisti: & nūc
quē habes nō ē tuus uir.
Hoc uere dixisti. Dicit ad
eum mulier. Dñe: uideo
quia ꝓpha es tu: pres nri in
monte hoc adorauerunt.
Et uos dicitis q̄a hierosolimis
est locꝰ: ubi adorare oportz.
Dicit ei ihs. Mulier crede
mihi: q̄a uenit hora. q̄n
neq̄ in monte hoc. neq̄ in
hierosolimis adorabitis pa/
trē. Vos adoratis qđ nesci/
tis: nos adoramꝰ qđ scimꝰ
quia salus ex iudeis est.
Sed uenit hora et nūc ē:
q̄n ueri adoratores adora/
bunt patrē in spū et ueritate.
Nam et pr̄ tales querit: qui
adorēt eū. Spūs est ds.
Et eos qui adorāt eū: in spi/
ritu et ueritate oportet ado/
rare. Dicit ei mulier. Sci/
o q̄a messias uenit: qui
dicit xps. Cū ergo uenerit:
ille nobis annūciabit oīa.
Dicit ei ihs. Ego sū: qui
loquor tecū. Et cōtinuo
uenerūt discipuli ei⁹: et mi/
rabāt̄ q̄a cū muliere lo/
quebat̄. Nemo tamē dixit:
quid quaeris aut qđ loque/
ris cū ea. Reliquit ergo hydri/
am suā mulier: et abiit in
ciuitatē. et dicit illis hōib⁹.
Venite et uidete hoiem: q̄
dixit mihi oīa quecūq̄ fe/
ci. Nūquid ipse ē xps? Exi/
erūt ergo de ciuitate: et ue/
niebāt ad eū. Interea ro/
gabant eū discipuli ei⁹: dicē/
tes. Rabbi: māduca. Ille
autē dixit eis. Ego cibū
habeo māducare: quē uos
nescitis. Dicebant ergo dis/
cipuli ad inuicē. Nūquid
aliqs attulit ei māducare?
Dicit eis ihs. Meus cibus
est ut faciā uoluntatem
eius qui misit me: ut ꝑ/
ficiā opus ei⁹. Nōne uos
dicitis qđ adhuc quatuor
mēses sūt: et messis uenit?
Ecce dico uob̄. Leuate oc/
los uros: et uidete regio/
nes. q̄a albe sūt iā ad mes/
sem. Et qui mettit merce/
dē accipit: et cōgregat fruc/
tum in uitā eternā. ut et
qui seminat simul gau/
deat et qui metit. In hoc
enī est uerbū uerū: q̄a aliꝰ
est qui seminat. et alius est

qui meuit. Ego misi uos
metere: quod uos nō labo
rastis. Alij laborauerūt:
et uos in laborem eorum
istis. Ex ciuitate autē illa:
multi crediderūt in illum
samaritanorum: ꝓpter uer
bum mulieris testimoniū phi
bentis: q̄a dixit mihi quec
cūq; fecī. Cū uenissent ergo
ad illū samaritani: roga
uerūt eū ut apud eos maneret.
et mansit ibi duos dies. Et
multo plures crediderūt
ꝓpter sermonē ei⁹: et mulie
ri dicebāt. Quia iam nō
ꝓpter tuā loquelā credimus
ipsi enī audiuimus et sci
mus: q̄a hic est uere
saluator mūdi. offr. In
uocē meā oīōnis mee ex mīs
et deus mī⁹ q̄m ad te orabo
Respice dñe seart. dñe
ꝓtectus ad munā que sa
cramus. ut et tibi grata
sint. et nobis salutaria fie
ri perseuerēt. p. cō. Qui bi
berit aquā quā ego dabo ei
dicit dñs fiet in eo fons aque
salientis in uitā eternā. cō.
Munus nos dñe quesu. pl.
ad sacramēta mūdari a cri
mine: et ad celestia regna
ꝓducat. p. do. Sup plin.
Presta q̄s omnīps deus: ut
qui in tua protectione cōfidi
mus: cūcta nobis aduersā
tia te aduuante uincam⁹. p.
Verba mea auribus pape dñe intellige
clamorē meū intende uocī o
rationis mee. ps. Quōm ad te
orabo dñe mane exaudies
Presta q̄s Cottidie | uocē mea.
Omnīps ds. ut qui se
affligēdo carne ab alimē
tis abstinēt: sectando uitia
cam a culpa ieiunent. p.
Fuit dieb⁹ illis: l. daniel' ꝓphe.
Erat uir in babilone: et no
men ei⁹ ioachim. Et accepit
uxorē nōie susannā filiā
helchie pulchra nimis: et
timentē dñm. Parentes
autē illi⁹ cū essent iusti: eru
dierūt filiā suā sēm legē
moysi. Erat autē ioachim
diues ualde. Et erat ei pa
radisus uicinus domui sue:
et ad ipm cōfluebant iu
dei eo q̄ esset honorabilior
omnium. Et constituti sunt
duo senes iudices in anno
illo: de quibus locutus est dñs.

qua egressa ē iniquitas
de babilone a senioribz iu
dicibz qui uidebāt regē
plāg. Ia sequebatūr do
mūm ioachim: et uenieb̄at
ad eos oēs qui ualebāt
iudicia. Cū aut̄ ppls reū
isset post meridiē: ingre
diebatur susāna et deam
bulabat ī pomerio uiri sui.
Et uidebāt eā senes cotti
die ingrediēt̄ et deam
bulantē: et ardebāt in
cōcupiscentiā ei⁹. et auer
runt sensū suū et declina
uerūt oculos suos ut non
uiderent celū neq; recorda
rent iudicioz iustoz. Fac
tum ē aut̄ cū obseruaret
diem aptū qñ eā possent
inuenire sōlā: ingressa est
aliqñ sicut ieri et nudius
tertius cū duabz tantū pu
ellis uoluitq; lauari ī po
merio. Estus quippe erat.
Et nō erat ibi quisquam:
p̄ter duos senes absconditi
tos. Dixit g̃ puellis. Af
ferte mihi oleū et smigmata:
et ostia pomerij claudite
ut lauer. Cū ergo egressæ
essēt puellæ: surrexerunt
duo senes et accurrerunt
ad eā et dixerūt. Ecce osti
a pomerij clausa sūt: et ne
mo nos uidet. Quā obrem
assentire nobis: et cōmisce
nobiscū. Qd̄ si nolueris:
dicem⁹ testimoniū cōtra
te qd̄ fuit⁹ n tecū iuuenis.
et ob hanc causā emisisti
puellas a te. Ingemuit
susāna et ait. Angustiæ
mihi sūt undiq;. Hi enī hoc
egero: mors mihi ē. Hi
aut̄ nō egero: nō effugiā
manus uras. Sed melius
ē mihi absq; opē incidere
in manus uras: quā pec
care in conspectu dñi. Excla
mauitq; uoce magna su
sanna. Exclamauerūt aut̄
et senes: aduersus eā. Cū
aut̄ audisset̄ clamorē in
pomerio famuli domus:
irruerūt p posticū ut ui
derent qd̄ nam esset̄. Postq;
aut̄ senes locuti sunt: eru
buerūt serui uehementer.
q̄a nūquā dē fuerat ser
mo hui⁹modi de susāna.
Et factū est die crastina. Cū
q; uenissent ppls ad uirum
ei⁹ ioachim: uenerunt et

duo ꝓbr̃i plenꝫ iniqua
cogitacõe adulus ſuſan
nã ut mͤſicent eã. Et dix
erũt corã ꝓplo. Mittte ad
ſuſannã filiã yelchie: uxo
rem ioachim. Et ſtatim
miſerũt. Et uenit cũ paren
tibz et filijs: et uniuer
ſis cognatis ſuis. Flebãt
igitur ſui: et omis qui no
uerãt eam. Conſurgẽtes
autẽ duo ꝓbyteri i medio
populi: poſuerũt manꝰ ſu
as ſup caput eiꝰ. Que flẽs:
ſuſpexit in celũ. Erat enĩ
cor eiꝰ fiducia ihũ in dnõ.
Et dixerũt ꝓbyteri. Cum
deambularemꝰ in pome
rio ſolꝰ: ingreſſa eſt hec
cũ duabz ſolis puellis. et
clauſit oſtia pomerij. et di
miſit puellas. Veniitq; ad
eã adoleſcẽs qui erat ab
ſconditus: et cõcubuit cũ
ea. Porro nos cũ eſſemꝰ
in angulo pomerij. uiden
tes iniquitatẽ: cucurrimꝰ
ad eos et uidimꝰ eos pariter
cõmiſceri. Et illũ quidem
nõ quiuimꝰ cõprehẽdere qa
fortior nobis erat: et apto
oſtio exiluit. Hanc autẽ
cum appͤhendiſſemꝰ in
gauiimꝰ quis nam eſſet
dolescens: et noluit
re nobis. Huiꝰ rei
mus. Credidit
tudo quaſi ſenibz
bus ꝓpli: et condẽpnauerũt
eam ad mortẽ. Exclame
uit autẽ uoce magna ſu
ſanna et dixit. Deus eͤ
ne qui abſcõditoꝝ es cog
nitor. qui noſti oĩa ãte
quã fiant: tu ſcis qa fal
ſum cõtra me tulerũt te
timoniũ. Et ecce mori
cũ nichil horũ fecerim qu
iſti malicioſe cõpoſuerũt
adulium me. Exaudiuit
autẽ dns uocẽ eiꝰ. Cũq;
ducẽtur ad mortẽ: ſuſcita
uit deus ſpm̃ pueri iuni
oris cui nomẽ erat dani
el. Et exclamauit uoce
magna. Mũdus ego ſũ
a ſanguine huiꝰ. Et cõ
uſus oĩs ꝓplus ad eũ dixit.
Quis ẽ ſermo iſte quẽ lo
cutus es? Qui cũ ſtaret i
medio ait. Sic fatui filij
iſrl nõ iudicãtes. neq; qd
uerũ eſt cognoſcẽtes: con
dẽpnaſtis filiã iſrl. Reuer

timui ad iudicū. qua fal
sum testimoniū locuti sūt
aduersus eā. Reuersus ē ergo
pls cū festinacōe: et dixit
ad eos daniel. Separate illos
ab inuicē paul: et diiudi
cabo eos. Cū ergo diuisi
essēt alter ab altō: uocauit
vnū de eis et dixit ad eū.
Inueterate dierū malorū:
nūc uenerūt pcā tua que
operabaris pius iudicās iu
dicia iniusta. innocētes op
primēs. et dimittēs nocē
tes dicente dño. innocentē
et iustū non interficies.
Sūc ergo si uidisti eos: dic
sub qua arbore uideris eos
colloquētes sibi. Qui ait
sub cpno. Dixit autem ei
daniel. Recte mētitus es
in caput tuū. Ecce enī an
gelus dñi acceptā sentē
tiā ab eo: scindet te medi
um. Et amoto eo: iussit
uenire alū et dixit ei. Se
men chanaan et nō iuda:
species decepit te. et con cu
piscētia subuertit cor tuū.
Hec faciebatis filiab⁹ isrl:
et ille timētes loquebāt
uobis. Sed nō filia iuda:
sustinuit iniquitatē uestrā.
Nunc ergo dic mihi: sō qua
arbore cōprehendis eos
loquētes sibi. Qui ait
sub pruno. Dixit autem
ei daniel. Recte mētitus
es et tu in caput tuū. Sta
net enī angelus dñi gla
dium habēs: et secet te medi
um et interficiat uos. Excla
mauit itaq; oīs cetus uo
ce magna et benedixerūt
deū qui saluat sperantes
in se. Et cōsurrexerūt ad
uersus duos pbitos: cō
uicerat enī eos daniel
ex ore suo falsū dixisse tes
timoniū. Fecerūq; eis si
cuti male egerāt aduersus
primū suū: et interfecerūt
eos. Et saluat⁹ ē sāguis
innocuus: in die illa. Gr.
Si ambulē in medio umbre
mortis non timebo mala qm̄
tu mecū es dñe. ℣ Uirga
tua et baculus tuus ipsa me
consolata sūt. Sm iohem.
In illō. Dixit ihs in montē
oliueti: et diluculo iterum
uenit in templū. Et oīs
pls uenit ad eū: et sedēs
docebat eos. Adducunt

Dñica lotare

autē scribe et phariſei mu-
lierē in adulterio deprehen-
ſam: et ſtatuerūt eam in
medio et dixerūt ei. Ma-
giſter: hec mulier modo
deprehenſa ē in adultio. In
lege autē moyſes manda-
uit nobis: huiusmodi la-
pidare. Tu vō qd dicis: Hec
autē dicebāt temptantes
eū: ut possent accusare eū.
Jhs autē inclinās se deor-
ſum: digito scribebat in ter-
ra. Cū autē pseuerarēt in-
terrogātes eum: erexit se
et dixit eis. Qui sine pec-
cato ē uestrū: primus mittat
lapidē in illā. Et iterū se
inclinās digito scribebat in ter-
ra. Audientes autē: vnus post
unū ꝯpēbāt incipientes a
senioribz. Et remansit jhs
solus: et mulier in medio
stans. Erigēs autē se jhs:
dixit ei. Mulier: ubi sunt
qui te accusabāt: nemo
te cōdēpnauit: Que dixit.
Nemo dñe. Dixit autē ei
jhesus. Nec ego te condēp-
nabo. Vade: et amplius no-
li peccare. offē. Directus
meos dirige dñe sc̄dm eloq̄-
um tuū ut non dñeant om̄is
mulcias dñe. Secrē. Con-
cede qs̄ om̄ps̄ ds. ut hui⁹
sacrificij mun⁹ oblatum.
fragilitatē nr̄am ab om̄i
malo purget semp̄ q̄ mu-
niat. P. cō. Nemo te cō-
dempnauit mulier nemo dñe
nec ego te condēpnabo iam
amplius noli peccare. Cōpl.
Qs̄ om̄ps̄ ds. ut membra
eius mēbra nr̄a memorem:
cau⁹ corpi cōmunitatis
et sāguinis Jhū xpi d. Se-
Protende dñe fidē plin.
libz tuis dextera celestis
auxilij ut te toto corde p-
quirāt. et q̄ digne postu-
lant cōsequi mereantur. P.
Letare dñica i media.
Jerusalē et conuentū
facite om̄is qui diligitis eā
gaudete cū letitia qui in tri-
stitia fuistis ut exultetis et sa-
cemini ab uberibz consolacō-
nis uestre. ps̄ Letatus sum
in hijs que dicta sūt mihi
in domū dñi ibimus. Collecta.
Concede qs̄ om̄ps̄ ds
ut qui ex merito nr̄e
actionis affligimur: tue
gr̄e cōsolacōe respiremus. P.

Frēs: Scp ad galatḥas.
tum est. qm̄ abrahā
duos filios habuit: vnū
de ancilla et vnū de libā.
Sed qui de ancilla scdm
carnē natus ē: qui autē
de libera p repromissionē.
Que sūt p allegoriā dcā.
hec enī sunt duo testamēta. Vnū quidē de monte
syna in seruitutē gene-
rans: que ē agar. Syna
enī mons ē in arabia: qui
cōiunct' est ei que nūc est
ierlm. et seruit cū filijs su-
is. Illa autē que sursum
ierlm libā est: que ē ma-
ter nrā. Scriptū est enim.
Letare sterilis q nō paris:
erupe et clama que non
parturis qa multi filij de-
serte magis qua ea que
habet uirū. Nos autem
frēs: scdm ysaac promissio-
nis filij sum'. Sed quomō
tūc is qui scdm carnem
natus fuat persequebatur
eū qui scdm spīm: ita et
nūc. Sed quid dicat scrip-
tura: Eice ancillā et filiū
eius: nō enī heres erit fi-
lius ancille cū filio libere.
Itaq frēs: nā non sumus
ancille filij sz libē. Qua
libertate: xps nos liberauit.
Letatus sum in hijs qui
dicta sunt mi in domū dnī
ibimus. ℣ Fiat pax in uirtu-
te tua et habūdantia in tur-
ribz tuis. Tract. Qui cōfi-
dunt in dnō sicut mons syon
nō cōmouebit in eternū qui
habitat in ierlm. ℣ Montes
in circuitu ei' et dns in circuitu
pli sui ex hoc nūc et usqz in
seculum seculi. Sm iohem.
Luce. Abijt ihs transmare
galilee: qd est tyberiadis.
rare unitatē: qs ut eiusdē fidei firmitate ab omnibz semp muniam adiuuis. ℣. Lēs. ℣ ad romanos. Altitudo diuiciarum sapiēcie et sciē dei: quam incōprehensibilia sūt iudicia eius et inuestigabiles uie eius. Quis enī cognouit sensū dñi. aut quis cōsiliarius eius fuit: Aut quis prior dedit illi et retribuetur ei: Quia ex ipō et p ipm et in ipō sūt omnia: ipsi honor et gla in scla seculoz. amen. ℟. Benedicis es dñe qui maueris abyssos et sedes sup cherubi. ℣ Benedicis es in throno regni tui et laudabilis i secula. Alla. ℣ Benedicis es dñe deus patrū nōz et laudabilis in secula. Alla. ℣ Omnīū inte credencia suscipe uota trinitas alma tibi gla et laus eterna. Ewlin. Cum uenit paciū. Que i dñica post ascensionē dñi. Benedicis sit deus pa offi: et unigenit⁹ dei filius sēs quoq; ips quia fecit nobiscū misericordiam suā. Secrē.

Sanctifica dñe ss p tui nominis inuocacionē. et p unigenit tui uirtutē hui⁹ oblacionis hostiam. et p eā nosmetipos tibi pfice mun⁹ eternū. ℣ do. pfac. Qui cū unigenito. Benedicite deū celi et cō. coram omnibz uiuentibz cōfitemini ei quia fecit nobiscū misericordiā suā. Cōplēda. Proficiat nobis ad salutem corpis et aīe dñe ds noster hui⁹ sacramēti perceptio: et sempiterna sce trinitatis eiusdēq; indiuidue unitatis cōfessio. ℣. Fer. iij. ad corinthios. Lēs: Si xps p̄dicatur quod resurrexit a mortuis: quomodo dicūt quidā in nobis qm resurrectio mortuoz nō est: Si autē resurrectio mortuoz nō est: neq; xps resurrexit. Si autē xps non resurrexit: manis ē ergo p̄dicacio nra manis est et fides uestra. Inuenim autē et falsi testes dei: qm testimoniū dicimus adiuuis deū qd suscitauit xpm quē nō suscitauit

Tractus.

Laudate dñm omes gentes laudate eū omes pli. Quōniam cōfirmata ē sup nos mia ei et ueritas dñi manet in eternū.

cauit si mortui nō resurgūt.
Nam si mortui nō resur-
gunt: neq; xps resurrexit.
Quod si xps nō resurrexit:
uana est fides ura. Adhuc
eū estis in pcis uris. Er-
go et qui dormierūt in xpō:
pierūt. Si in hac uita tan-
tū in xpō sperantes sumus:
miserabiliores sum⁹ oīm
uis hominibz. Nūc autē
xps resurrexit a mortuis
primicie dormiencū: qm
quidē p hoīem mors et p
hominē resurrectio mortu-
oū. Et sicut in adā oīs
moriuntur: ita et in xpō
oīs uiuificabūtur. Unus-
quisq; autē: in suo ordine.
Primus xps deinde qui
sunt xpi in aduentu ei⁹.
Deinde finis. Cum tra-
dat regnū deo et patri:
cum euacuauerit oēm
principatū et potestatē
et uirtutē. Oportet enim
illū regnare donec ponat
oēs inimicos sub pedibz
ei⁹. Nouissima inimica
destruet mors. Omnia
enim subiecit sub pedibz
ei⁹. Cum autē dicat: oīa
subiecta sunt: manifestū
est absq; eo qui subiecit
illi oīa. Cum autē subie-
cta illi fuerint oīa: tunc
et ipse filius subiectus
erit illi qui subiecit sibi
oīa: ut sit deus oīa in oī-
bus. Alioquin qui bapti-
zant pro mortuis: quid
facient. Si omnino mor-
tui non resurgunt: ut
quid et baptizant pro
eis. Et nos quid periclita-
mur omni hora. Quo-
tidie morior per uestram
gloriam fratres: quam
habeo in xpō ihesu dn̄o
nr̄o. Si secundum homi-
nem ad bestias pugnaui
Ephesi: quid mihi pro-
dest. Si mortui non re-
surgunt: manducemus
et bibamus: cras enim
moriemur. Nolite se-
duci. Corrumpunt bo-
nos mores colloquia
prauaa. Euigilate iu-
ste et nolite peccare.
Ignorantiā enim dei
quidā habent. Ad re-
uerentiā uobis dico.
Dicet aliquis. Quo-
modo resurgunt mor-
tui: quali autē corpore
ueniunt. Stulte tu quod
seminas non uiuificatur
nisi prius moriatur. Et
quod seminas non corpus
quod futurum est seminas
sed nudum granum ut
puta tritici aut alicuius
ceterorum. Deus autē
dat illi corpus sicut uult
et unicuiq; semini pro-
prium corpus. Non om-
nis caro eadem caro: sed
alia quidem hominum
alia autē pecorum: alia
autē uolatilium: alia
autē piscium. Et corpo-
ra celestia: et corpora
terrestria. Sed alia quī-
dem celestium gloria:
alia autē terrestrium.
Alia claritas solis: alia
claritas lunę: alia cla-
ritas stellarum. Stella
enim a stella differt in
claritate. Sic et resur-
rectio mortuorum. Se-
minatur in corruptione:
surget in incorruptione.
Seminatur in ignobili-
tate: surget in gloria.
Seminatur in infirmi-
tate: surget in uirtute.
Seminatur corpus ani-
male: surget corpus spi-
rituale. Si est corpus
animale: est et spirituale.
Sic et scriptum est. Fac-
tus est primus homo
adam in animam uiuen-
tem: nouissimus adam
in spiritum uiuificantem.
Sed non prius quod spi-
rituale est: sed quod ani-
male. Deinde quod spi-
rituale. Primus homo de
terra terrenus: secundus
homo de celo celestis.
Qualis terrenus: tales et
terreni. Et qualis celestis:
tales et celestes. Sicut
portauimus imaginem
terreni: portemus et
imaginem celestis. Hoc
autē dico fratres: quo-
niam caro et sanguis re-
gnum dei possidere non
possunt: neq; corruptio
incorruptelam possidebit.
Ecce mysterium uobis
dico. Omnes quidem re-
surgemus: sed non omnes
immutabimur. In atomo
in ictu oculi: in nouissima
tuba. Canet enim et mor-
tui resurgent incorrupti:
et nos immutabimur.
Oportet enim corruptibile
hoc induere incorruptelam
et mortale hoc induere
immortalitatem. Cum
autē mortale hoc induerit
immortalitatem: tunc fiet
sermo qui scriptus est.
Absorpta est mors in
uictoria. Ubi mors uictoria
tua: ubi mors stimulus
tuus. Stimulus autē mortis
peccatum est: uirtus autē
peccati lex. Deo autē gra-
tias qui dedit nobis uic-
toriam per dn̄m nr̄m ihesum
xpm. Itaq; fratres mei
dilectissimi: stabiles estote
et immobiles: abundantes
in opere dn̄i semper: scientes
quod labor uester non est
inanis in dn̄o.

Sabbato. Accesserūt ad
ihesum quidā saduceorum qui
negant esse resurrectionē:
et interrogauerūt eum dicē-
tes. Magister. moyses scrip-
sit nobis: si frater alicuius
mortuus fuerit uxorem
habens: et hic sine filiis fuit
ut accipiat eā frater eius
uxorē et suscitet semē fri-
tri suo. Septē ergo fres fuer-
et primus accepit uxorē:
et mortuus ē sine filiis. Et
secundus accepit illā: et ipse
mortuus est sine filiis.
Et tertius accepit illā: si-
militer et omnes septē. et nō
reliquerūt semen. et mor-
tui sūt. Nouissime autē
omniū mortua ē et mul-
er. In resurrectione ergo:
cui⁹ eorū erit uxor? Septē
septē habuerūt eā uxorē.
Et ait illis ihs. Filij huius
seculi nubūt: et tradūtur
ad nuptias. Illi autē qui
digni habebūtur seculo illo
et resurrectione ex mortu-
is: neq; nubent neq; ducēt
uxores. neq; eū ultra mo-
ri poterūt. Equales enim
angelis sūt. et filij dei sūt:
cū sint filij resurrectionis.
Quia uero resurgant mor-
tui: et moyses ostendit se
cus rubū sicut dixit dn̄o
deū abraham. et deū ysaac
et deū iacob. Deus enim nō
est mortuorū: sed uiuorū.
Omnes enim uiuunt ei. Re-
spondētes autē quidā scri-
barū: dixerūt ei. Magis-
bene dixisti. Et amplius nō
audebāt eū quicquā mo-

rogaur. de corpe xpi offi?

Ajauit eos ex adipe frumenti alla ex de petra melle saturauit eos alla alla alleluia. ℣. Exultate deo adiutori nostro iubilate deo iacob. Collecta.

Deus qui nobis sub sacramento mirabili passionis tue memoriam reliquisti: tribue qs ita nos corpis et sanguis tui sacra misteria uenerari: ut redemptionis tue fructum in nobis iugiter sentiamus. Qui uiuis.

Lectio. Ego ad corinthios. Ego enim accepi a dño qd et tradidi uobis: quia dns ihs in qua nocte tradebatur accepit panem et gratias agens fregit et dixit. Accipite et manducate: hoc est corpus meum qd pro uobis tradetur. hoc facite in meam commemorationem. Similiter et calicem: postquam cenauit dicens. Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine: hoc facite quocienscunq sumitis in meam commemorationem. Quocienscunq enim manducabitis panem hunc et calicem biberis: mortem dni annunciabitis donec ueniat. Itaq quicunq manducauit panem hunc uel bibit calicem dni indigne: reus erit corpis et sanguinis dni. Probet autem seipm homo et sic de pane illo edat: et de calice bibat. Qui enim manducat et bibit indigne: iudicium sibi manducat et bibit: non diiudicans corpus dni. Gr.

Oculi omnium in te sperant dne et tu das illis escam in tpe opportuno. ℣. Aperis tu manum tuam et imples omne animal benedictione. Alla. ℣. Caro mea uere est cibus et sanguis meus uere est potus qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem in me manet et ego in eo. Sequ. Christ. i. d. s. Victime. Victime paschali laudes immolent christiani. Agnus redemit oues: christus innocens patri reconciliauit peccatores. Mors et uita duello conflixere mirando: dux uite mortuus regnat uiuus. Dic nobis maria quid uidisti in uia? Sepulchrum christi uiuentis et gloriam uidi resurgentis. Angelicos testes sudarium et uestimenta. Surrexit christus spes mea precedet suos in galileam. Scimus christum surrexisse a mortuis uere tu nobis uictor rex miserere. Amen. Alla alla alleluia. ℣. Laudate dnm omnes gentes laudate eum omnes populi. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius et ueritas dni manet in eternum. Alla.

Tractus. Qui manducat meam carnem. Cetera deficit.

pter me. Hic ē panis: qui de celo descēdit. Non sicut patres mi manducauerūt mana in deserto: et mortui sūt. Qui mānducat hunc
℣ Credo panē: uiuet in eternū. Offr.
Sacerdotes mentsū dñi et panes offerūt deo et ideo sāti erūt deo suo et nō polluent nomen ei⁹ alleluia. Secr.
Ecclesie tue qs dñe unitatis et pacis ppicius dona cōcede que sub oblatis muneribz mistice designāt. P. pfō. Qui p incarnati. cō.
Quocienscūqz manducabitis panē hunc et calicē bibetis mortē dñi annūciabitis donec ueniat iteraqz quicūqz mānducauerit panē uel bibit calicē dñi indigne reus erit corpis et sanguīs dñi alla.
Hac nos qs dñe cōpl. diuinitatis tue sempitna fruitione repleri: qūa pa oli corpis et sanguīs tui tempalis precio pfigurat. Qui uiuis. fr. vi. S.
Sūt. Dixit i. d. s. lucam.
Cum mduxēt uos i hynagogas et ad magistratꝰ et potestates: nolite ēe sollicti qualit aut quid respondeatis aut quid dicatis. Spūs enī scī docebit uos in pā hora: qd oporteat loqui. Ait aut ei q dam de turba. Magister dic frī meo: ut diuidat mecū hereditatē. At ille dixit. Homo quis me cōstituit iudicē aut diuisorem sup uos? Dixitqz ad illos. Videte et cauete ab omni auaritia: quia nō in habūdancia cuiusqz uita ei⁹ ē. et hys que possidet. Dixitqz aut̄ similitudinē ad illos dicens. Hoīs cuiusdā diuitis uberes fructus ager attulit: et cogitabat intra se dicēs. Quid faciā quod nō hēo quo cōgregē fructus meos? Et dixit. Hoc faciā. Destruā horrea mea et maiora faciā: et illuc cōgregabo oīa que nata sūt mihi et bona mea. et dicā aie mee. Anima habes multa bona posita i annos plurimos: requiesce. comede. bibe. epulare. Dixit aut̄ illi ds. Stulte:

hac nocte animã tuã repe
tunt a te: que autẽ parasti
cuius erũt: Sic ẽ qui sibi
thesaurizat: et nõ est in de
um diues. dñica .i. post pẽ

Domine in tua misericordia speraui exul
tauit cor meũ in salutari tuo
cantabo dnõ qui bona tribu
it michi. ps Usq quo dñe
obliuiscris me in finẽ usq
quo auertis faciẽ tuã a me.

Deus in te sperã Colla.
Ceum fortitudo adest
o pius inuocationib⁹
nostris: et quia sine te
nichil pt mortalis infirmi
tas: pta auxiliũ gre tue
ut [illegible] ĩ te requẽdis mã
datis tuis et uolũtate
tibi et actione placeam⁹.

Rnũ: Johis apli. Q.
Deus caritas ẽ. In
hoc apparuit caritas dei
in nobis: qm filiũ suum
unigenitũ misit ds in mũ
dum ut uiuam⁹ p eum.
In hoc ẽ caritas: nõ qua
si nos dilexerim⁹ deũ. sed
qm ipe prior dilexit nos
et misit filiũ suũ propi
tiationẽ p pcis nris. R nũ:
si deus dilexit nos: et nos
debem⁹ mutuo diligẽ. De
um nemo uidit unqua.
Si diligam⁹ mutuo: deus
in nobis manet. et cari
tas eius in nobis perfecta ẽ.
In hoc intelligim⁹: qm
in eo manem⁹ et ipe in no
bis. qm de spũ suo dedit no
bis. Et nos uidim⁹. et testi
ficamur: qm pater misit
filiũ suũ saluatorẽ mũdi.
Quisqs confessus fuerit qm
ihs est filius dei. deus in eo
manet et ipe in deo. Et nos
cognouim⁹ et credim⁹ ca
ritati: qua habet deus in nobis.
Deus caritas ẽ: et qui ma
net in caritate in deo manet.
et ds in eo. In hoc ẽ perfec
ta caritas nobiscũ. ut fi
ducia habeam⁹ in die iu
dicii: quia sicut ille ẽ et
nos sum⁹ in hoc mundo.
Timor nõ est in caritate:
sed perfecta caritas foras
mittit timorẽ. qm timor
penã habet. Qui autẽ timet:
non ẽ perfectus in caritate.
Nos ergo diligamus dm:
qm ds prior dilexit nos.
Si quis dixerit qm diligo

deum et fratrem suum oderit: mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem uidet: deum quem non uidet quomodo potest diligere? Et hoc mandatum habemus a deo: ut qui diligit deum diligat et fratrem suum. ℟. Ego dixi domine miserere mei sana animam meam quia peccaui tibi. ℣. Beatus qui intelligit super egenum et pauperem in die mala liberabit eum dominus. Alia. ℣. Deus iudex iustus fortis et patiens nunquid irascetur per singulos dies. Ewā. Homo quidam erat diues. Que in secunda ebdomada. vl me. i. v. fia. offe.

Intende uocem orationis mee rex meus et deus meus quoniam ad te orabo domine. Secr. Hostias tibi domine dicatas benigne assume: et ad perpetuum nobis tribue proficere subsidium. P. Narrabo omnia mirabilia tua in tua letatione et exultabo in te psallam nomini tuo altissime. Sanctus domine reple cōpe. a muneribus: pia quesumus. ut et salutaria dona capiamus: et a tua numquam laude cessemus. P. fer. iiij. ad collectam.

Heres: Notificate mihi uias uestras que sunt super terram: fornicationem. immundiciam. liuidinem. concupiscentiam malam. et auaritiam. que est simulacrorum seruitutis. propter que uenit ira dei in filios incredulitatis. in quibus et uos ambulastis aliquando cum uiueretis illis. Nunc autem deponite uos omnia. iram. indignationem. malitiam. blasphemiam. turpis sermonem de ore uestro. nolite mentiri inuicem. expoliantes uos ueterem hominem cum actibus suis. et induentes nouum eum qui renouatur in agnitionem dei secundum ymaginem eius qui creauit eum. Ubi non est gentilis et iudeus: circumcisio et preputium. barbarus et scytha. seruus et liber. sed omnia et in omnibus christus. qui est benedictus in secula seculorum. Amen. Dixit Sm matim. v. d. s. Nolite putare quoniam ueni soluere legem aut prophetas: non ueni soluere sed adimplere. Amen quippe

dico uobis: donec transeat
celū et terra. iota unum
aut apex unus nō pteri
vit a lege donec oīa fiāt.
Qui ergo ſoluerit unū de
mandatis istis minimis
et docuit sic hoīes: minim⁹
uocabit̄ in regno celoꝝ. Q⁹
aut̄ fecit et docuerit: hic
magnus uocabit̄ in regno
celoꝝ. ℣. ℣ſ. ſm lucam.
Luce. Dixit i. d. s. Impos
sibile ē: ut nō ueniāt scan
dala. Ve aut̄ illi p quem
uenit. Vtilius ēt illi si
lapis molaris ponat̄ur
circa collū eius et pjciat̄
in mare: quā ut scandali
zet unū de pusillis istis.
Attēdite uobis. Si peccaue
rit in te frater tuus: inar
pallū. Et si penitētiā ege
rit: dimitte illi. Et si septi
es in die peccauerit in te. et
septies ī die conuersus fuer
adte dicens penitet me: di
mitte illi. Et dixerūt apli
dño. Adauge nobis fidem.
Dixit aut̄ dñs. Si habue
ritis fidē sicut granū sina
pis: dicetis huic arbori mo
ro eradicare et transplan
tare in mare. et obediret
uobis. Quis aut̄ uestrū
habens seruū arantē. aut
oues pascentē. aut regres
so de agro dicat illi statim
transi et recūbe. et nō dicat
ei para quod cenem. et ꝑcin
ge te. et ministra mihi donec
manducē et bibā. et post
hec tu māducabis z bibes.
Numquid gratiā hꝫ seruo illi:
quia fecit que ei imperau
erat: Non puto. Sic z uos
cū feceritis oīa que ꝑcepta
fuerit uobis dicite. Serui in
utiles sumꝰ Quod debui
mus facē: fecimꝰ. dñica. ij.
Factus est dñs protector
meus et eduxit me in
latitudinē saluū me fecit quō
uoluit me. ps Diligā te dñe
virtus mea dñs firmamētū
meū et refugiū meū z liberator
Deus meus Collecta mis.
Deus qui nos tui coleꝝ pcipere et
amorē tuū fac nos tibi ꝑpetuū
Rectū: quia nūquā tua gubernacione destituis quos ī
solidicate aule dilectionis in
stituis. ℣. Johānis apli.
Nimis solicite miranꝫ si
Rodit uos mūdꝰ Nos

ſcimus qñ tranſlati ſum⁹ de morte ad uitā: qñ diligimus frēs. Qui nō diligit: manet ī morte. Oñs qui odit frem ſuū: homicida ē. Et ſcitis. qñ oīs homicida: non hꝫt uitā eternam ī ſe manentē. In hoc cognouim⁹ caritatē dei: qñ ille p nobis aiām ſuā posuit. et nos debem⁹ p frib⁹ animās ponē. Qui habuerit ſubſtanciā huj⁹ mūdi et uiderit fremſuū necessitatē patientē et clauſerit uiſcera ſua ab eo: quo mō caritas dei manet ī eo? Filioli mei: nō diligam⁹ uerbo neq; lingua: ſed ope et ueritate.

Ad dñm cū tribularer clamaui et exaudiuit me. ℣. Dñe liba aiām meā a labijs iniquis et a lingua dolosa.

Hēa. ℣ Diligā te dñe uirt⁹ mea dñs firmamentū meū et refugiū meū et liba⁹ meus.

In illo. tpore dixit ad ds. Sm lucā. parabolā hanc. Homo quidam fecit cenā magnā: et uocauit multos. Et misit ſeruū ſuū hora cene dicere īuitatis ut uenirent: quia iam parata ſūt oīa. Et ceperūt oēs simul excusare. Primus dixit ei. Villā emi: et necesse habeo ire et uidē illā. Rogo te: habe me excusatū. Et alter dixit. Juga bouum emi q̄ṅ: et eo probare illa. Rogo te: habe me excusatū. Et alius dixit. Uxorē duxi: et ideo nō possū uenire. Et reuſus seruus: nūciauit hec dnō suo. Tūc irat⁹ pater familias: dixit seruo suo. Exi cito ī plateas et uicos ciuitatis: et pauperes ac debiles. cecos et claudos introduc huc. Et ait seruus. Dñe factū est ut ipſi: et adhuc locus est. Et ait dñs seruo. Exi ī uias et sepes et cōpelle intrare: ut impleat̄ domus mea. Dico autē uobis q̄ nemo uirorū illorū qui uocati ſūt: gustabit cenā meā.

Dñe conuertere et expe. ℣. aiām meā saluū me fac p̄pter misericordiam tuā. Secret.

Oblatio nos dñe tuo munere dicandos purificet: et de die in diē ad celestis

uice transferat actionē. p.
Cantabo dnō qui bona cō-
tribuit michi et psallam no-
mini dñi altissimi. Cōplēda.
Supplicas dñe muneribus
tuis: ut cū frequētatione mul-
cendi crescat nrē salutis ef-
fectus. p. Hec dicit dñs ds. pjecte.
Audi iacob puer meus:
et israēl quē elegi. Faciens
et formans te ab utero auxi-
liator tuus: noli timere
serue meus iacob: et rec-
tissime quē elegi.
Effundā enī aquas super
sitientē: et fluenta super a-
ridā. Effundā de spū meo
sup semen tuū: et benedic-
tionē meā sup genīacionē
tuā. Dicat dñs omps. Sm
lucam. Accedētes dī
apli ad ihm: dixerūt illi.
Dimitte turbas ut eūtes
in castella ullasq; que cir-
ca sūt diuertant et mueni-
ant escas quia hic in loco
deserto sumus. Ait autē ad
illos. Date uos illis mā-
ducare. At illi dixerunt.
Non sūt nobis plus quā
quinq; panes et duo pis-
ces: nisi forte eamus et eme-
mus in omnē turbā escas. Erāt uiri: fere
quinq; milia. Ait autē ad
discipulos suos. Facite illos
discumbere p cōuiuia: quī-
quagenos. Et ita fecerunt.
Et discubuerūt omēs. Ac-
ceptis autē illis quinq; pa-
nibz et duobz piscibz: rēs-
pexit in celū et benedixit eos
et fregit. deditq; discipulis
suis. ut ponerēt ante tur-
bas. Et māducauerūt oēs
et saturati sūt. fēr. vi. Sm
lucam. Venit ad ihm
vir cui nomē yairus: et
ipe princeps synagoge e-
rat. Et cecidit ad pedes ei?
rogans eū ut intraret in
domū eius. quia filia vni-
ca erat illi fere annox duo
decim. et hec moriebatur.
Et cōtigit dū nec a turbis
cōprimeret. Et mulier q̄-
dam erat in fluxu sāgu-

nis ab annis duodecī que
in medicos erogauerat
omnē substanciā suam
nec ab ullo poterat cura
ri: accessit retro et tetigit
fimbriā uestimēti eius. ⁊
confestim stetit fluxus
sanguinis eius. Et ait
ihs. Quis ē qui me tetigit: Negantibz autē om
nibz: dixit petrus et qui
cū illo erant. Preceptor
turbe te cōprimūt et af
fligūt: et tu dicis q̄s me
tetigit. Et dixit ihs. Tetigit me aliquis. Nam et
ego nouu uirtutē de me
exisse. Videns autē mulier quia nō latuit: tremēs
uenit et p̄cidit ad pedes
eius. et ob quā causam
tetigerit eū indicauit co
ram omni pplo et quēad
modū confestim sanata
sit. At ipe dixit illi. Filia:
fides tua te saluā fecit:
uade in pace. Adhuc illo
loquēte: uenit quidā ad
principē synagoge dicēs
ei. Quia mortua ē filia
tua: noli uexare eum.
Ihesus audito hoc ubo:
dixit patri puelle. Noli
timere. Crede tantū: et
salua erit. Et cū uenis
set ad domū: nō p̄misit
quēquā intrare cū eo:
nisi petrū et iacobū et io
annē. et patrē et matrē
puelle. Flebant autē om
nes: et plangebant eam.
At ille dixit. Nolite flere.
Non ē mortua puella:
sed dormit. Et deridebāt
eum: scientes quia mor
tua ē. Ipse autē tenens
manū eius: clamauit di
cens. Puella surge. Et
reuersus ē sps eius: et
cōtinuo surrexit. Et iussit illi dari manducare.
Et stupuerūt parentes eius. Quibz p̄cepit ne alicui di
cerent: qđ factum fuerat.

Respice in me dñe. ⁊
miserē mei dñe qm
unicus et pauper sum ego. ad
humilitatē meā et laborem
meū et dimitte oīa peccata
mea ds meus. ℣ Ad te dñe
leuaui aiam meā deus mi
mee cōfido nō erubescā. Col-
Protector in te sperantium deus sine quo nil

ȳl ẽ ualidũ nichil sanctũ multiplica sup nos miserĩcordiã tuam. ut te rectore te duce sic transeamus per bona tpa lia ut nõ amittamus e terna. ℣. do. Petri apli. Rnũ. Humiliamĩ sub potenti manu dei. ut uos exaltet in tpe uisitaonis. Omnẽ sollicitudinẽ uram icientes in eum: qm ipsi cura ẽ de uobis. Sobrij estote et uigilate: quia aduersarius ũr dyabolus tamquã leo rugiens circuit querẽs quẽ deuoret: cui resistite fortes in fide. Eadem passionẽ ei que in mũdo est: urẽ fraternitati fieri. Deus autẽ omnis grẽ qui uocauit uos in eternã suã gloriam in xpõ ihũ modicũ passos: ipse perficiet cõfirmabit solidabitq. Ipsi gla et impiũ: in seculã seculoz amẽn. Grad. Iacta cogitatũ tuũ in dnõ et ipse te enutriet. ℣. Dũ clamarem ad dnm exaudiuit uocẽ meam ab his qui appropi quant michi. Alle. ℣. Dnẽ in uirtute tua letabitur rex et sup salutare tuũ exultabit uehementer. Sm lucã. Illo. Erant appropinquãtes ad ihm publicani et peccatores: ut audirent illũ. Et murmurabant pharisei et scribe dicẽtes. Quia hic peccatores recipit et mãducat cũ illis. Et ait ad illos parabolam istã dicens. Quis ex uobis homo qui hꝫ centũ oues: et si pderit unã ex illis nonne dimittit nonaginta nouẽ in deserto et uadit ad illam que perierat donec inueniat illam: Et cũ inuenit eam: ipsum in humeros suos gaudens. Et ueniens domũ conuocat amicos et uicinos dicens illis. Congratulamĩ michi qm inueni ouem meã que perierat. Dico autẽ uobis: quod ita gaudium erit in celo sup uno peccatore penitentiã agente: quam sup nonaginta nouem iustis qui non indigẽt

penitencia. Aut que mulier habens dragmas decem. Si perdiderit dragmã unã: nonne accendit lucernã et everrit domũ et querit diligẽter donec inueniat. Et cũ inuenerit cõuocat amicas et vicinas dicens. Congratulamini michi: quia inueni dragmã quã perdideram. Ita dico vobis: gaudiũ erit coram angelis dei sup uno peccatore penitẽciã agente.

Seperent mite omẽs offi. qui nouerũt nomen tuũ domine qm̃ non derelinquis querẽtes te psallite dño qui habitat in syon qm̃ non ẽ obliuius oratiõnẽ pauperũ. Respice dñe mu Collã. nera supplicãtis ecclesie: et saluti credencũ perpetua sãctificacione sumenda concede. P. cõ. Ego clamaui qm̃ exaudisti me deus inclina aurem tuã et exaudi verba mea. Complẽda. Sancta tua nos dñe sumpta uiuificent: et misericordie sempiterne p

parent expiatos. P. fr̃. Frẽs. mij. ad colocẽses. Omne quodcunq; facitis in verbo aut in opere: omia in noĩe dñi ihũ xpi gras agẽtes deo et patri p ipm̃. Mulieres subdite estote viris: sicut oportet in dño. Viri diligite uxores uras: et nolite amari ẽe ad illas. Filij obedite parentibz p omnia: hoc enim placitũ est in dño. Parentes nolite ad indignacionem puocare filios uros: ut non pusillo animo fiãt. Serui obedite p omnia dñis carnalibz: non ad oculũ seruientes quasi hominibz placẽtes. sz in simplicitate cordis timẽtes dm̃. Quodcunq; facitis et animo opamini sicut dño et non hominibz: scientes qđ a dño recipietis retribucionẽ hereditatis. P. ihm̃ xpm̃ dñm Scdm̃ matheum. nrm. Nunc. Dicit. i. d. s. Esto consentiens aduersario tuo cito dũ es in uia cũ

co: ne forte tradet te adu
sarius iudici. et iudex
tradat te ministro et in
carcerē mittaris. Amen
dico tibi. non exies inde
donec reddas nouissimū
quadrantē. Audistis qa
dictū est antiquis: nō me
chaberis. Ego autē dico
uobis: quia omnis qui
uiderit mulierē ad cōcu
piscendā eam. iam me
chatus est eā in corde suo.
Quod si oculus tuus dex
ter scandalizat te: erue
eū et proice abste. Expedit
enī tibi ut peat unum
membrorū tuorū: quā to
tum corpus tuū mittat
in gehennā. Et si dextera
manus tua scandali
zat te: abscide eā et pro
ice abste. Expedit enī ti
bi ut pereat unū mēbro
rum tuorū quā totū cor
pus tuū eat in gehennā.

Feria. vi. Sōm martum.

Ille. Introiuit iesus
dolimā in templū. et cū
circumspectis omnibz cū iā
uespa esset hora exijt in
bethaniā cum duodecim.
Et alia die cū exirent a
bethania: esurijt. Cumq
uidisset ficū a longe ha
bentē folia: uenit si quid
forte inueniret in ea. Et
cum uenisset ad eā: nihil
inuenit prēter folia.
Non enī erat tēpus ficoz.
Et respondens dixit ei.
Jam non amplius mec
cum: quisquā ex te fruc
tum manducet. Et audi
ebant discipuli eius: et ue
niunt ierosolimā. Et
cum introisset in templū:
cepit eicere uendentes et
ementes in templo. et
mensas nūmulariorū
et cathedras uendentū
columbas euertit. Et nō
sinebat ut quisquā trās
ferret uas p templū. et
docebat dicens eis. Non
ne scriptū est quia dom⁹
mea domus orōnis uo
cabitur omnibz gentibz.
Vos autē fecistis illā spe
luncā latronū. Quo au
dito principes sacerdotū
et scribe: querebant quo
modo eū perderent. Time
bant enim eū: qm̄ uniuer

sa turba admirabatur super doctrina eius. Et cū uespa facta esset: egrediebatur de ciuitate. Et cū mane transirent: uiderunt ficū aridam ſcām a radicib⁹. Et recordatus petrus: dixit illi. Rabbi: ecce ficus cui maledixisti aruit. Et respondens ihs ait illis. Habete fidē dei. Amen dico uobis: quia quicūq⁹ dixerit huic mōti tollere et mittere i mare. et non hesitauerit in corde suo sed crediderit quia quodcūq⁹ dixerit fiat: fiet ei. Dominica. iiij.

Dominus illuminacio mea et salus mea quē timebo dns defensor uite mee a quo trepidabo qui tribulant me inimici mei infirmati sūt et ceciderūt. ps. Vnam peti a dnō hanc requirā ut inhabitē in domo dni omnib⁹ diebus uite mee. Da nobis dne cotidiānis ut et mūdi cursus pacifice tuo ordine dirigatur: et ecclesia tua tranquilla deuocione letetur. Odo. ad romanos.

Fres: Existimo enim quod nō sunt condigne passiones huius temporis ad futurā gloriā: que reuelabitur in nobis. Nam exspectacio creature: reuelacionē filioꝝ dei exspectat. Vanitati enim creatura dei subiecta è non uolens: sed propter eū qui subiecit eam in spe. Quia et ipa creatura liberabitur a seruitute corrupcionis in libertatē glorie filioꝝ dei. Scimus enim quod omnis creatura ingemiscat: et parturit usq⁹ ad huc. Non solū autē illa: sed et nos ipi primicias spūs habentes. et ipi intra nos gemimus adopcionē filioꝝ dei exspectantes redempcionē corpis nri. In xpō ihū dnō nrō. ℟. Domine dns noster quā admirabile est nomen tuū in uniuersa terra. ℣. Qui elevata è magnificencia tua sup celos. Alle. ℣. Inte dne speraui non confundar meterna in tua iusticia

a libera me et eripe me medi
na ad me auẽ tuã accelera
ut eripias me. Sm lucam.
Luk. Dixit i.d.s. Estote
misericordes: sicut et pat
uester misericors ẽ. Nolu
te iudicare: et non iudi
cabimini. Nolite condẽp
nare: ut nõ condẽpnabi
mini. Dimitte: et dimit
temini. Date et dabitur
uobis. Mensurã bonam
et confertam et coagita
tam et supfluentẽ: dabũt
in sinũ uestrũ. Eadẽ quip
pe mensura qua mensi
fueritis remetietur uobis.
Dicebat autẽ illis et si
militudinẽ. Nũquid pt
cecus ceũ ducere: Nõne
ambo in foueam cadũt:
Non est discipulus sup
magistrũ. Perfectus autẽ
omnis erit: si sit sicut
magister eius. Quid au
tem uides festucã in oculo
frãs tui trabẽ autẽ que est
in oculo tuo nõ consideas:
Et quomodo potes dicere
fratri tuo frater sine eiciã
festucã de oculo tuo: ipse
in oculo tuo trabẽ non ui
dens: Ypocrita eice pri
mũ trabem de oculo tuo:
et tunc pspicies ut edu
cas festucam de oculo
fratris tui. Off. Illumina
oculos meos nequando obdor
miam in morte nequãdo di
cat inimicus meus pualui
aduersus eum. Secreta.
Oblationibz qs dñe pla
care susceptis. et ad te
nras etiam rebelles cõpel
le pcibus uoluntates. P.
Domin firmamentũ cor
meũ et refugiũ meũ et liba
tor meus deus mus aditor mus.
Misteria nos dñe cõplñ
sancta purificent. et suo
munere tueantur. P. Fr.
iij. Epla. Induite uos si
cut electi dei. Requie in dñi
ca. v. post epiphaniam dñi. Scdm
Luk. Cum uenis matthm
set ihs in templũ. accesse
runt ad eũ principes sacer
dotũ et seniores populi
dicentes. In qua potestate
hec facis. Et quis dedit
tibi hanc potestatẽ: Respõ
dens autẽ ihs: ait illis. In
terrogabo et uos unum
sermonẽ: quẽ si dixeritis

mihi et ego uobis dicã
in qua potestate hec faci
o. Baptismũ iohannis
unde erat de celo an ex ho
minibꝫ? At illi cogitabãt
intra se dicentes. Si dixe
rimus e celo dicet nobis.
Quare ergo nõ credidistis
illi? Si autẽ dixerimus
ex hominibꝫ: timem⁹ tur
bam. Omnis enĩ habebãt
iohannẽ baptistã: sicut
ꝓphã. Et respõdẽtes ihũ:
dixerũt. Nescim⁹. Ait il
lis et ipe. Nec ego uobis
dico: in quo potestate hec
facio. Fs̄. vñ. Sm machm.
Illi. Interrogauerunt
ihm discipli dicẽtes. Qd
ergo sanie dicunt: quod
helyam oportet primũ
uenire. At ille respondẽs:
ait eis. Helyas quidem
uenturus ẽ et restituet
oĩa. Dico autẽ uobis:
quia helyas iam uenit.
et nõ cognouerũt eũ. et
fecerũt in eũ quecũqꝫ uo
luerunt. Sic et filius ho
minis ab eis passurus ẽ.
Tunc intellexerũt discipli:
quia de iohãne baptista
dixisset eis. Et cũ uenisꝫ
ad turbã: accessit ad eũ
homo genibꝫ puolutus
ante eũ dicẽs. Dñe. mi
serere filio meo: quia lu
naticus ẽ et male pati
tur. Nam sepe cadit in
ignem: et crebro in aquã.
Et obtuli eũ discipulis
tuis: et nõ potuerũt cu
rare eũ. Respondẽs ihs
ait. O generatio incre
dula et puersa: quousqꝫ
ero uobiscũ et usqꝫquo
uos patiar. Afferte illũ
huc ad me. Et tulerunt.
Et increpauit illum ihs:
et exiit ab eo demoniũ.
Et curatus ẽ puer ex illa
hora. Dominica quinta.
Exaudi dñe uocẽ meã
qua clamaui ad te ad
iuuor meus esto ne derelin
quas me neqꝫ despicias me
deus salutaris meus. ꝑs.
Dñs illuminatio mea et sa
lus mea quẽ timebo. Coll.
Deus qui diligentibꝫ
te bona inuisibilia
preparasti. infunde cordibꝫ
nostris tui amoris effec
tum: ut te in omnibꝫ et

sup omnia diligentes p-
missiones tuas que om-
ne desiderium superat co-
sequamur. ℣. petri apli.
℟. Omnes unanimes in oratione es-
te: compatientes fraternita-
ti amatores. misericor-
des. modesti. humiles. Non
reddentes malum p malo.
uel maledictum p maledic-
to: sed econtrario benedi-
centes. Quia in hoc uoca-
ti estis: ut benedictio-
nem hereditate possideatis. Qui enim uult uitam
diligere et uidere dies bo-
nos: coherceat linguam
suam a malo. et labia eius
ne loquantur dolum. Declí-
net a malo et faciat bo-
num: inquirat pacem et
sequatur eam. quia oculi
dñi sup iustos. et aures
eius in preces eor. Vultus
autem dñi: sup facientes
mala. Et quis est qui no-
bis nocere possit si bonu emula-
tores fueritis? Sed et
si quid patimini propter iusti-
tiam: beati. Timorem au-
tem eor ne timueritis:
ut non conturbemini.
Dnm autem xpm sanctifica-
te: in cordibus uris. offi.
Protector noster aspice de-
respice sup seruos tuos. ℣.
Dne deus uirtutum exaudi
preces seruor tuor. Alla. ℣.
Attendite populus meus legem
meam inclinate aurem uram
in uerba oris mei. Sequentia
sancti. Cum turbe irruerent ad ihm ut audi-
rent uerbum dei: et ipse sta-
bat secus stagnum genezare-
th. Et uidit duas na-
ues stantes secus stag-
num: piscatores autem
descenderant. et lauabant
rete. Ascendens autem in
unam nauim que erat sy-
monis: rogauit eum a ter-
ra reducere pusillum. et se-
dens docebat de nauicu-
la turbas. Vt cessauit
autem loqui: dixit ad sy-
monem. Duc in altum. et
laxate rete uram in cap-
turam. Et respondens sy-
mon dixit illi. Preceptor:
per totam noctem laborantes nichil cepimus: in uer-
bo autem tuo laxabo rete.

Et cum hoc fecissent con
duserũt piscũ multi
tudinẽ copiosam. Rum
pebatur autẽ rete eorũ.
Et annuerũt sociis qui
erant in alia naui: ut
uenirẽt et adiuuarent
eos. Et uenerũt et iple
uerunt ambas nauicu
las: ita ut mergerentur.
Quod cũ uideret symon
petrus: pcidit ad genu
a ihũ dicens. Exi a me:
quia homo peccator sũ
dñe. Stupor enĩ circum
dederat eum et omnes
qui cũ illo erant in cap
tura piscũ quã ceperãt.
Similiter autẽ iacobũ
et iohannẽ filios zebedei:
qui erant socii symonis.
Et ait ad symonẽ ihesus
Noli timere: ex hoc iam
homines eris capiens.
Et subductis ad terram
nauibz: relictis omnibz
secuti sunt eum. Offt.

Benedicam dñm qui michi
tribuit intellectũ puidebam
deum in conspectu meo semp
quĩ a dextris est michi ne con
Propicia Secr. mouear.

re dñe supplicationibus
nris et has oblationes
famulor famularũq
tuarũ benignus assume:
ut quod singuli obtule
runt ad honorẽ nois tui
cũctis pficiat ad salutẽ.

Unam petij a dño Con. P.
hanc requirã ut inhabitem
in domo dñi oĩbz diebz uite
Quos celes Cõpl mee
ti dñe dono sacrasti pcã
qs ut a nris mũdemur
occultis. et ab hostiũ li
beremur insidijs. P. d.

Feria. uij. ad timotheum

Rmũ: Obsecro primũ
omniũ fieri obsecr̃
ationes. orõnes. postulatiõ
nes. grãrũ actiones p oĩ
bus hominibz. p regibus
et omnibz qui in sublimi
tate sũt constituti: ut qui
etam et tranquillã uitã
aganus in omni pietate
et castitate. Hoc enĩ bo
num et acceptũ est coram
saluatore nro deo q omnes
hoies uult saluos fieri
et ad agnitionẽ ueritatis
uenire. Unus est enim
deus: unus mediator dei

et hominū homo xp̄s ih̄s. Qui dedit semetip̄m redemptionē p omnibz testimoniū temporibz suis. in quo positus sū ego p̄dicator et apls. Veritatem dico: non mentior. Doctor gentiū: in fide et ueritate. Ewl. Confitebor tibi dñe pater. Rune fr̄s. iij. an dñicā. Circūdederūt. fr̄s. vj. Ew. Offerebāt ih̄ū puuli. Rune. fr̄s. vī. post dñicā. Adorate.

Dominus Dom̄ica. vj. fortitudo plebis sue et protector salutarium xp̄i sui ē. Saluū fac p̄plm tuū dñe et benedic hereditati tue et rege eos usq; in seculū. p̄s Ad te dñe clamabo deus meus ne sileas a me. neq; taceas a me. Deus uirtutū cū Coll. Deus cui omne quod ē optimū: insere pectoribus nr̄is amorē tui nois: et p̄sta in nobis religionis augmentū: ut que sūt bona nutrias ac pietatis studio que sūt nutrita custodias. Lēs: ad romanos. Quicūq; baptizati sumus in xp̄o ih̄u: in morte ei⁹ baptizati sumus. Consepulti enī sum⁹ cū illo p baptismū in mortē: ut quomodo surrexit xp̄s a mortuis p gl̄am patris. ita et nos in nouitate uite ambulem⁹. Si enī complantati fact sumus similitudini mortis eius: sim et resurrectionis erimus. Hoc scientes: quod uetus homo nr̄ simul crucifixus est ut destruatur corp⁹ peccati: ut ultra nō seruiam⁹ peccato. Qui enī mortuus est: iustificatus ē a pcō. Si aut̄ mortui sum⁹ cū xp̄o: credimus quia simul et uiuem⁹ cū xp̄o. Sciētes q̄ xp̄s resurgēs ex mortuis iam non moritur. mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus ē peccato: mortuus ē semel. Quod aut̄ uiuit: uiuit deo. Ita et uos existimate uos mortuos quidē esse peccato: uiuētes aut̄ deo. In xp̄o ih̄u dño nr̄o. Gr̄. Conuertere dñe aliquantulū et deprecare sup seruos tuos. V.

Domine refugiū factus es nob
a gnacione et pgenie. Alla.
Dñe deus salutis mee in
die clamaui et nocte coram te.
Ilitk. Dixit. Sm matthm.
i.d.s. Amen amen dico uo
bis: nisi habūdauerit iusti
cia ura plusquā scribarū
et phariseoꝝ. nō intrabitis in regnū celorū.
Audistis quia dictū est
antiquis: non occides.
Qui autē occiderit: reus
erit iudicio. Ego autē di
co uobis: quia oīs qui
irascitur fratri suo reus
erit iudicio. Qui autem
dixerit frī suo racha: re
us erit concilio. Qui au
tem dixerit fatue: reus
erit gehenne ignis. Si
ergo offers munus tuū
ante altare. et ibi recorda
tus fueris quia frater tu
us habet aliquid aduer
sum te: relinque ibi mu
nus tuū ante altare et
uade prius reconciliari
frī tuo. Et tūc ueniens:
offers munus tuū. Offr.
Perfice gressus meos in se
mitis tuis ut nō moueantur
uestigia mea inclina aurem
tuā et exaudi uerba mea mi
rifica misericordias tuas qui sal
uos facis sperantes in te dñe.
Propiciare dñe Secrē.
supplicacionibz nris et
has pcī tui oblaciones
uenientes assume. et ut
nullius sit irritū uotū
nulli⁹ uacua postulacō.
pēa qs ut quod fideliter
petimus efficaciter cōse
quamur. p. Cō. Quam
uis et īmmolato in aterna
culo eius hostiā ubilacōnis
canendo et psalmū dicā dñō.
Repleti sum⁹ Cōplēda.
dñe muneribz sacris tri
buc qs: ut eorū et mūdē
mur effectū et muniamur
auxilio. p. Ad hē. ūū. ad he
Hres. Halem⁹ vros.
gratiam p quā seruia
mus: placentes deo cum
metu et reuerēcia. Et
nī deus noster ignis cō
sumens ē. Caritas frīni
tatis maneat in uobis:
et hospitalitatē nolite
obliuisci. p hanc enim
placuerūt quidā angelis
hospitio receptis. Memē

cote uitor tamquã simꝫ
uincti: et laborantiũ tam
quã et ipi in corpe morã
tes. Honorabile connu
biũ omniz: et chorus i
maculatus. Fornicato
res enĩ et adulteros: iu
dicabit deus. Sint mores
sine auaricia: cõtenti p
sentiz. Ipse enĩ dixit.
Non te deseram neq; derelĩ
quam: ita ut cõfidenter
dicamus. Dñs michi ad
iutor ẽ: non timebo qd
faciat michi homo. Me
mentote ꝓpositor uestroz
qui locuti sũt uobis ui
bum dei: quoz intuẽtes
exitũ conuersacois imitẽ
mini fidẽ. Ihs xps heri
et hodie: ipe et in secla
seculoz. amẽ. Sm marcũ.
Initꝫ. Cum esset egressus
ihs in uia: ꝓcurrẽs quidã
genuflexo ante eũ rogã
bat illũ dicens. Magiste
bone: quid faciam ut ui
tam eternã ꝓpiã? Ihs
autẽ dixit ei. Quid me
dicis bonũ? Nemo bo
nus: nisi solus ds. Pre
cepta nosti? Hic autem
dixit. Quis? Dixit illi ihs.
Non occides. Non adulteres.
Non furaberis. Non falsũ tes
timoniũ dixeris. Ne fraudem
feceris. Honora patrem
tuũ et matrẽ. At ille res
pondens ait illi. Magis
ter: hec omnia custodiui
a iuuentute mea. Ihesus
autẽ intuens illũ dilexit
eũ: et dixit ei. Vnum
tibi deest. Vade quecũq;
habes uende et da pau
peribus: et habebis thesau
rum in celo. et ueni sequere me. ℣. vñ. Sdm
Initꝫ. Venit ihs marcum.
in regionẽ gerasenoꝝ:
et exeunte eo de naui sta
tim occurrit ei homo de
monumẽtis in spũ im
mundo qui domicilium hẽ
bat in monumẽtis. Et
neq; catenis iã quisq;
eũ poterat ligare: qm sẽ
pe compedibz et catenis
uinctus diruperat catenas. et cõpedes cõminuis
set. Et nemo poterat eũ
domare. Et semp nocte
ac die in monumentis
et in montibz erat: clamã

et conadens se lapidibus.
Videns autē ihm a lōge: cucurrit et adorauit eū et clamauit uoce magna dicens. Quid michi et tibi ihū fili dei sūmi? Adiuro te p deū ne me torqueas. Dicebat enim illi ihs. Exi spiritus immūde ab hoīe isto. Et interrogabat eū. Quod tibi nomen ē? Et dicit ei. Legio nomen michi ē: quia multi sum⁹. Et deprecabatur eū multū: ne se expelleret extra regionē. Erat autē ibi grex porcor circa montē magnus pascēs: et deprecabātur eū spiritꝰ dicentes. Mitte nos i porcos: ut introeam⁹ in eos. Et concessit eis statī ihs. Et exeuntes sps immūdi intrauerūt in porcos: et mīgno impetu grex precipitatus ē in mare ad duo milia et suffocata sūt in mari. Qui autē pascebant eos fugerūt: et nūciauerūt in ciuitatē et in agros. Et egressi sūt uidere quid factū ēt: et uenerūt ad ihm et uident sedentē illū qui a demonio uexabatur sedē tem uestitū et sanę mentis: et timuerūt ualde. Et narrauerūt illis qui uiderāt qualiter factū ēt illi qui demoniū habuerat: et de porcis. Et rogare eū ceperunt: ut discederet a finibus eor. Cumq; ascenderet nauim: cepit cum rogare qui a demonio uexatus fuerat: ut eēt cū illo. Et non admisit eū: sed ait illi. Uade in domū tuam ad tuos: et annūcia illis quāta tibi dns fecerit et misertus sit tui. Et abiit et cepit prdicare in decapoli quanta sibi fecisset ihs: et omnes mirabantur:

Omnes gē tes plaudite manibus iubilate deo in uoce exultacionis. ps. Subiecit populos nobis et gentes sub pedibus nris. Deus cuius Coll. prouidētia in sui dispositione nō fallitur. te supplices exoramus: ut noxia cūcta submoueas et omnia nobis. pstantia

concedas. ℣. Ad romanos.

Hec. Humanū dico: propter infirmitatē carnis uē. Sicut enī exhibuistis membra ura seruire immūdicie et iniquitati ad iniquitatē: ita et nūc exhibete mēbra ura seruire iustitie in sanctificatiōnem. Cum enī serui essetis peccati: liberi fuistis iustitie. Quē ergo fructū habuistis tūc: in quibus nūc erubescitis? Nā finis illoz mors ē. Nunc uero liberati a peccato: serui autem facti dei habetis fructū uru in sanctificatiōnē. finē uero uitā eternam. Stipendia enī peccati mors. Gracia autē dei uita eterna. In xpō ihesu dnō nrō. Ghr. Venite filij audite me timorē dni docebo uos. ℣. Accedite ad eum et illuminamini et facies ure non confundētur. Alla. ℣. Dne refugiū factus es nobis a gnōne et pgenie. Istit. Cum Sm marcū. turba multa erat cū ihesu: nec haberēt quod māducarent. cōuocatis discipulis ait illis. Misereor sup turbā: quia ecce iā tribus sustinēt me. nec habent qd manducēt. Et si dimisero eos ieunos in domū suam: deficient in uia. Quidā enī ex eis de longe uenerūt. Et respōderunt ei discipuli sui. Vnde istos quis hic poterit saturare panibz in solitudine? Et interrogauit eos. Quot panes habetis? Qui dixerūt. Septē. Et pcepit turbe discūbere sup terrā. Et accipiens septē panes gras agens: fregit et dabat discipulis suis ut ponerēt turbe. et apposuerunt. Et habebāt pisciculos paucos: et ipsos bñdixit et iussit apponi. Et māducauerūt: et saturati sūt. Et sustulerūt quod superauerat de fragmētis: septē sportas. Erant autē qui manducauerūt quasi quatuor milia: et dimisit eos. Offi. Sicut in hyrocaustū arietū et taurorū et sicut in milibz agnorum

pinguiū sic fiat sacrificiū nostrum in conspectu tuo hodie ut placeat tibi quia nō est confusio cōfidentiū in te dñe.

Deus qui legalium differentiā hostiarum unum sacrificij perfectione sanxisti. accipe sacrificiū a devotis tibi famulis. et pari benedictione fiat munera abel sanctificata: ut quod singuli obtulerūt ad maiestatis tue honorē cūctis proficiat ad salutē. Per dō. Cō.

Inclina aurem tuā accelera ut eruas nos. Cōplēda.

Qua nos dne medicinalis operatio. et a nris perversitatibz clemēter expediat. et ad ea que sunt recta perducat. Per. Fer. iiij.

Hebr. Sic ad romanos.

Nihil dāpnationis ē his qui sūt in xpō ihesu: qui nō secōm carnē ambulāt. Lex enī spiritus vite in xpō ihū: liberavit me a lege peccati et mortis. Nam quod impossibile erat legi quo infirmabatur per carnē: deus filiū suū mittēs in similitudinē carnis peccati. et de peccato dāpnavit peccatū in carne. ut iustificacio legis impleretur in nobis qui nō secōm carnem ambulamus. sed secūdum spīm. Qui enī secōm carnē sunt: que carnis sūt sapiūt. Qui vero secundū spīm: spiritus que sunt sentiūt. Nam prudencia carnis mors est. Prudencia autē spiritus: vita et pax. In xpō ihesu dnō nro. Secōm marcum.

In illo. Accesserūt ad ihesum pharisei et saducei temptantes: et rogaverūt eum ut signū de celo ostenderet eis. At ipe respondēs: [illegible] Facto vespere: [illegible] rubicundum enī est celum. Et mane hodie tempestas: rutilat enī triste celū. Faciē enī celi dijudicare nostis: signa autē temporū nō potestis scire: Generacio mala et adultera signū quirit: et signū non dabit ei nisi signū ione prophete. Et relictis illis: abijt. Et

aum uellent discipuli
eius transferre: oblati sē
panes accipe. Qui dixit
illis. Intuemini et caue
te a fermento phariseor:
et saduceor. At illi cogi
tabant intra se dicentes:
quia panes nō accepim⁹.
Iesus autē ihs dixit.
Quid cogitatis inter uos
modice fidei: quia panes
non habetis: Nondū in
telligitis neq; recordamini
quinq; panū et quinq;
milia hominū: et quot
cophinos sūpsistis: Neq;
septem panum et quatuor
milia hominū: et q̄t
sportas sūpsistis: Quare
non intelligitis quia nō
de pane dixi uobis: caue
te a fermēto phariseor et
saduceor: Tunc intellexe
runt quia nō dixerat caue
dum a fermēto panū: sz
a doctrina phariseor et
saduceor. feꝛ. vi. S. matthie.
Factū. Abiit ihs sabbato p
sata: discipuli autē eius
esurientes ceperūt uellere
spicas: et manducare pha
risei autē uidētes: dixerūt
ei. Ecce discipuli tui faci
unt: quod non licet eis
facē sabbatis: At ille dix
it eis. Non legistis quid
fecerit dauid q̄n esurijt
et qui cū eo erant quom
manauit in domū dei. et
panes ꝓpositionis come
dit. quos nō licebat ei ede
re neq; hijs qui cū eo erāt.
nisi solis sacerdotibz. Aut
non legistis in lege quia
sabbatis sacerdotes in tē
plo sabbatū uiolāt. et si
ne crimine sūt. Dico aūt
uobis: quia tēplo hic ma
ior est. si autē scīretis q̄d
est misericordiam uolo et non
sacrificiū: nūquā condēp
nassetis innocētes. Dñica
vūj.

Suscepimus deus
misericordiā tuā in me
dio templi tui sc̄dm nomen
tuū deus ita et laus tua in
fines terre iustitia plena est
dextera tua. ps Magn⁹ dñs
et laudabilis nimis in ciuita
te dei nr̄i in monte scō eius.

Largire nob̄ do- Coll.
mine q̄s sp̄s spiritum
cogitandi quē recta sunt
pijus et agēdi-ut qui

line te ēē non possim⁹ secū
dum te uiuere ualeamus?
p dñm. Ad romanos.
Frēs: debitores su
mus non carni: ut
scdm carnē uiuam⁹. Si e
nim scdm carnē uixeri
tis: moriemini. Si autē
spū facta carnis mortifi
caueritis uiuetis. Quicū
q enī spū dei agūtur: hi
sūt filij dei. Non enī acce
pistis spm seruitutis ite
rum in timore: sed accepi
stis spm adoptionis i quo
clamam⁹ abba pater. Ip
se enī spūs redet testi
monium spiritui nostro:
quod sum⁹ filij dei. Si au
tem filij [illegible] et heredes.
Heredes quidē dei: coheredes
autē xpi. Gr. Esto mihi
in deū protectorē et in locum re
fugij ut saluū me facias. V.
Deus mee spaui dñe nō con
fundar in eternū. Alla. V.
Venite exultem⁹ dño iubile
mus deo saluatori nostro. V.
Preoccupem⁹ faciē eius in
confessione et in psalmis iu
bilemus ei. Scdm marcū.
Sanctus. Dixit i.d.s. Attendi
te a falsis phetis qui ue
niunt ad vos in uestimē
tis ouiū: intrinsecus au
tem sūt lupi rapaces. A
fructibus eor cognoscetis
eos. Numquid colligunt
de spinis uuas: aut de
tribulis ficus? Sic om
nis arbor bona: fructus
bonos facit. Mala autē
arbor fructus malos fa
cit. Non pt arbor bona
fructus malos facē: ne
q arbor mala fructū bo
num facere. Omnis ar
bor que nō facit fructum
bonū excidetur et in ignē
mittetur. Igitur ex fructi
bus eor cognoscetis eos.
Non omnis qui dicit mihi dñe
dñe intrabit in regnum
celor: sed qui facit volū
tatē pris mei qui in cēlis
est: ipse intrabit in regnū
celor. offr. Po
pulū humi
lem saluū facies dñe et oculos
superbos humiliabis qm
quis ds preter te dñe. Secr.
Suscipe munera q̄s dñe
mine que tibi de tua lar
gitate deferim⁹. ut ysc sa
crosca misteria grē tue

opante uirtute in pñtis
uite conuersatione nos sã
ctificent. et ad gaudia sẽpi
terna producant. ℣. Cõ.
Gustate et uidete quã suauis
est dñs uãis uir qui sperat in eo.
Sit nobis dñe cõplẽda
repatio mentis et corpis
celeste misteriũ ut cuius
exequimur actionẽ sencia
mus effectũ. ℣. Ss. nũs. ad
Rẽs: Cõmẽ romanos.
Dat suã caritatẽ dõs
in nobis quã cum adhuc
peccatores essem⁹ xps pro
nobis mortuus ẽ. Multo
magis igitur iustificati
nũc in sanguine ipsius:
salui erim⁹ ab ira p ipsũ.
Si enim cum inimici essem⁹
reconciliati sum⁹ deo per
mortẽ filij eius: multo ma
gis reconciliati salui eri
mus in uita ipsius. Non so
lum autẽ: sed et gloriam
in deo. p ihm xpm dominũ
nostrum. Scdm macheũ.
In illo. Dixit iohannes ad ihe
sum. Magister uidimus
quẽdam in noĩe tuo eici
entẽ demonia et prohibuim⁹
eum: quia nõ sequitur nos.
Ihesus autẽ dixit illis. No
lite prohibere eũ. Nemo est
enim qui faciat uirtutẽ in
noĩe meo. et possit cito ma
le loqui de me. Qui enim
nõ est aduersũ nos: pro
nobis ẽ. Quisq̃s enim
potũ dederit uobis calicẽ
aque frigide in noĩe meo
quia xpi estis: amẽ dico
uobis nõ perdet mercedẽ
suam. Et quisq̃s scanda
lizauerit unũ de pusillis
istis credentibus in me: bo
nũ est ei magis si circum
daretur mola asinaria
collo eius. et in mare mit
tatur. Et si scandalizauerit
te manus tua. abscide
illam. Bonũ est tibi debi
lem intrare in uitã: quã
duas manus habentem
ire in gehennã in ignem
inextinguibilẽ. Vbi uer
mis eor nõ moritur: et
ignis nõ extinguitur.
Et si pes tuus scandalizat
te: amputa illũ. Bonum
est tibi claudũ introire
in uitã eternã: quã duos
pedes habentẽ mitti in ge
hennã ignis inextinguibi

lis. Vbi uermis eor nō
moritur: et ignis non ex
tinguitur. Quot si ocul⁹
tuus scandalizat te: eru
e eū. Bonū est tibi lusāi
introire in regnū dei: quā
duos oculos habentē mit
ti in gehennā ignis. Vbi
uermis eor nō moritur:
et ignis nō extinguitur
Sltt. Dñe. fer. vi. S. matth.
ujs turbis ludeor et prin
cipibz sacerdotū. Ve uobi⁹
scribe et pharisei ypocrite:
qui clauditis regnū celor
ante hoīes. Vos enī non
intratis: nec introeūtes
finitis intrare. Ve uobis
scribe et pharisei ypocrite:
qui comeditis domos ui
duarū orantes longas
oōnes. Propter hoc am
plius accipietis iudicū.
Ve uobis scribe et pharisei
ypocrite: qui circuitis ma
re et aridā. ut faciatis v
nū. pselitū. Et cū fecerit⁹:
facitis eū filiū gehenne
duplo quā uos. Ve uobis
duces ceci: qui dicitis qui
cūq; iurauerit p templū:
nichil ē. Qui autē iuraue
rit in auro templi debet
ti et ceci: quid enī maius
est aurū an templū quod
sānificat aurū: Et quicūq;
iurauerit in altarī: nichil
est. Qui autē iurauerit
dono quod ē sup altare: de
bet. Ceci: quid enī maius
ē donū an altare: quod sā
ficat donū: Qui autē iu
rat in altarī: iurat in eo
et in omnibz que sūt sup
illud. Et quicūq; iurauerit
in templo: iurat in illo et
eo qui habitat in ip̄o. Et
qui iurat in celo: iurat in
throno dei et in eo qui se
det sup eū. Ve uobis scri
scribe et pharisei ypocrite:
qui decimatis mentā et
anetū. et ciminū. et reli
quistis que grauiora sūt legis.
iudicū et misericordiam et
fidem. Hec enī oportuit fa
cere: et illa nō omittere.

Ecce deus adiu/ dnica.ij.
uat me et dñs susceptor
est anime mee auerte mala i
imicis meis in ueritate tua dis
perde illos protector meus dñe
ps Dñs illumina co mea et
salus mea quē timebo. Ostē.

Paceant aures misericordie tue dñe ꝓcibz
supplicantiū: et ut petentibus deliberata concedas fac
eos que tibi placita sunt
postulare. ℣. ad cōrinthios.
℟ēs. Non sumus cō
capientes malorū:
sicut et illi cōcupierunt.
Neq; ydolatre efficiamini
sicut quidā ex ipis: quem
admodū scriptum ē. Se
dit populus māducare et
bibere: et surrexerūt ludere.
Neq; fornicemur sicut q
dam ex ipis fornicati sūt:
et ceciderūt una die uigī
ti tria milia. Neq; tēptemus xpm sicut quidam
ex ipis tēptauerūt: et a ser
